# SYNONYMORUM SYLVA,

OLIM

A SIMONE PELEGROMO Collecta, & Alphabeto Flandrico ab eodem Authore illuſtrata.

Nunc autem è Belgarum ſermone in Anglicanum transfuſa, & in Alphabeticum ordinem redacta, per *H. F.* Ab eodem denuò multis locis emendata & aucta.

Acceſſerunt huic editioni Synonyma quædam Poëtica, in Poëſi verſantibus perquàm neceſſaria.

*LONDINI,*
Excudebat *S. Griffin.* ſumptibus *Joſ. Kirton* apud quem proſtant ſub Inſignibus regalibus in Cœmiterio D. *Pauli*, 1663.

# JO. SERRANUS
# DE SYNONYMIS
## Ad LECTOREM.

VT Studioſus delectum quendam Synonymorum habere poſſit, ac modum variandæ orationis per Synonymiam; nos ex paucis, veluti per tranſennam, indicabimus: Nam plenam ac perfectam doctrinam ea de re tradere, jam non eſt noſtri inſtituti, nec illa brevibus vel paucis abſolvi poſſet. Quare exactam & accuratam methodum aliis relinquimus ac permittimus, quibus vel tantum ocii ſupereſt, vel quos id ſtudiorum genus delectat. Nobis ſatis erit, ſi vel viam utcunque monſtraverimus: Ea autem Synonymorum, ſive per Synonymiam, variandi ratio, primum ac omnium maximè ex Dialectica traditione deſumi poterit. Nam Dialectica maximè omnium, & ante omnia, id agit, ut doceat nos de rebus, propriè, certò, appoſitè, verè, ac infallibiliter loqui. Ac ideo præſcribit nobis, quomodo omnium rerum eſſentiam, ſive exiſtentiam, aut ſubſiſtentiam, genus, ſpecies, proprietates, conditiones, accidentia, quantitates, qualitates, relationes, actiones, paſſiones, tempora, locos, ſitus, habitus, diſpoſitiones, formas & figuras, cognata, affinia, partes, ſimilitudines, contrarietates, cauſas, officia, & effectus, ſicut Dialectici Doctores præcipiunt, collocare poſſimus. Ex ejuſmodi conditionum, proprietatum, accidentium & cauſarum multiplicate, naſcitur rerum appellendarum & deſcribendarum multitudo ac varietas. Primum enim à genere, ſicut à patre, avo, &c. liberis imponuntur nomina, ut Agamemnon dicitur à patre Atrides, Hector Priamides, Achilles Æacides, &c. Et Romani dicuntur Dardani à Dardano, Æneadæ ab Ænea, Romani à Romulo. Deinde à ſpecie oritur generalis appellatio, ut cùm hominem aliquoties animal vocamus, aut juſtitiam virtutem dicimus, & pium dicimus qui omni virtute ac Chriſtiana fide eſt præditus. Secundò & à differerentia ſumuntur appellationes, ſicut animus dicitur Anima eo quòd vegetat, Spiritus quod contemplatur, Senſus quòd ſentit, Animus quòd ſapit, Mens quòd intelligit, Ratio quòd diſcernit, Memoria quòd recorda-



112877

tur, Voluntas quòd vult. Sunt enim, quoad Subſtantiam, eadem. Differunt
autem ejuſmodi qualitatum conditionibus. Sic etiam Flendi varia eſt diffe-
rentia; Flere enim eſt lachrymis plangere, & eſt hominum tantùm Lachry-
mare, ſive lachrymari, & lachrymas effundere; & fit interdum ſine ſono, &
transfertur etiam ad vites. Lugere, eſt valdè flere, & eſt in luctu ac lugubri
habitu eſſe, ex obitu charæ neceſſariæque perſonæ. Gemere eſt, cùm præ an-
guſtia ex pectore ſonus erumpit. Plangere, eſt percuſſione ac verberatione
pectoris, capitis, vultus, aliorumve membrorum ſe dolore afficere. Plorare,
eſt voce flebili & effuſâ dolorem ſuum aperire. Atque hinc proveniunt
ſpecies, ut Animæ ſpecies ſunt: Anima, Spiritus, Senſus, Animus, Mens,
Ratio, Memoria, Voluntas. Fletûs ſpecies ſunt: Lachrymæ, luctus, gemi-
tus, planctus, ploratus. Odoris boni, ſpecies ſunt: Sapor, acor, nidor. Ma-
li vero; Fœtor, pædor, putor, rancor, ſqualor, ſordes, ſitus. Ac aliquoties
ejuſmodi ſpecierum vocabulis promiſcuè utimur.

Tum etiam à proprietatibus rerum fit denominatio, ut hominem à loquen-
di proprietate ſæpe loquacem dicimus, etiam locutuleium, item etiam dica-
cem, alias blateronem, blateratorem, aut etiam nugonem, nugatorem, Et ab
edendo; Edacem, edonem. A bibendo; Bibacem, bibulum, bibonem, bi-
boſum, bibaculum. Simili modo & ab Officiis ſortiuntur ſæpe varia ac mul-
tiplicia nomina, ut cùm Joannes dicitur Baptiſta; Lucas, Evangeliſta, atque
etiam medicus. Paulus, Apoſtolus. Et Julius dictus fuit, Tribunus, Quæ-
ſtor, Ædilis, Pontifex Max. Prætor, Conſul, Cæſar & Imperator; ſcilicet
ab officiis, quæ ſubinde geſſerat. Nam ita poteſtatum & officiorum innume-
ra fere extant nomina. Ad eundem modum artifices ſua accipiunt nomina: ut,
agricola, ſive agricolator, ab agris colendis; Ruſticus ſive Ruricola à rure co-
lendo; Colonus, à terra colenda. Hinc ſunt denominationes Fabrorum lignari-
orum, ferrariorum, ferariorum, aurariorum, argentariorum. Ejuſmodi denomi-
nationes fiunt aliquando etiam à reliquis accidentibus, velut ab actione & paſ-
ſione. Nam deus dicitur Factor & Creator cœli & terræ. Et quæ facta ſunt di-
cuntur facturæ & creaturæ, item opusmanuum ejus. A tempore, ſicut habitacula
quædam nominantur æſtiva, aut hybernalia, vernalia, brumalia, ſive hyemalia:
Item homo ab ætate, infans, puer, adoleſcens, juvenis, vir, ſenex, decrepitus. Sic
adoleſcens dicitur Ephebus. Et puella nubilis, apta, matura viro. Et ſæpe res
pro temporis varietate varia ſortiuntur nomina, ut Hieruſalem dicebatur
Primum Jebus, deinde Hieruſalem; &, poſt devaſtationem, Ælia.

A loco, ut, qui apud Græcos dicebantur Philoſophi, apud Perſas Magi,
apud Gallos Druydæ, apud Indos Gymnoſophiſtæ, apud Ægyptios Sacerdo-
tes, apud Hebræos Prophetæ, apud Latinos ſapientes, & apud Aſſyrios chal-
dæi nominabantur.

A ſitu, ut Hieruſalem, à monte Zion, etiam Zion appellabatur.

Ab habitu, ut Philoſophus, Orator, Poeta, Muſicus, Theologus, Juriſta,
Medicus.

A forma & pulchritudine, ut cum aliquã nominamus Venerem, Helenam: aut
etiam à deformitate, ut cum dicimus aliquem eſſe Therſitem, Æſopum, Cory-
thæum.

A figura, ut quando menſarios orbiculos à rotundiate Orbes, ſive à qua-
drata figura Quadratas dicimus. Sic menſæ etiam Tripodes dicuntur.

A cognatis, ut ab Æmylio cognominatur familia Æmylianorum, ſive Æ-
myliani, ab Iſraele Iſraelitæ, ab Iſmaele Iſmaelitæ, à Juda Judæi, &c.

A ſimilitudine, ut ubi hortos appellamus Paradiſos Puellas Veneres.

A contrarietate, ut cùm bellandi exercitium Bellum dicimus, quaſi mini-
mè bellum, hoc eſt bonum. Aut quando, per Ironiam, aliquem vocamus Po-
etam, Muſicum, Oratorem. Aut, ut eſt in proverbio, Tertius Cato, Octa-
vus Sapientum, Alter Hercules. Sic & à cauſis, variæ & diverſæ ſumuntur ap-
pellationes; ut à cauſâ efficiente Occiſor, Necator, Interfector, Trucida-
tor, Homicida, Patricida, Matricida, Fratricida, Adulter, Mœchus, Mœcha-
tor, Pater, Genitor, Author ſobolis, Parens, Mater, Genetrix.

A materia, ut à terra dicuntur homines terreni, terreſtres, terrei, humei,
quaſi ex terra humoque facti; Janua ferrea; A literis literatus, literarum pe-
ritus, ſciens, expertus. Sic librum ſive volumen vocamus Codicem à materia,
eò quod ex corticibus olim compingebantur libri.

A cauſa formali, ſicut liber dicitur Volumen à volvendo. Item fur dici-
tur Manticularius ſive Manticulator, marſupicida, ſaccularius, peculator,
ſuppilator, eo quod furando ejuſmodi formis & modis uti ſolet: manticulas
enim attrectat, ut furetur; ac inferens ſe confertæ multitudini, marſupia aut
ſecat, aut artificioſo dolo aperit, evacuat, & pecunias aufert. Tum à marſu-
piis ſecandis, ſive abſcindendis marſupicida dicitur: vocatur & ſaccularius à
ſacculis ſub veſte latentibus, in quos furtivam rem reponit. Et peculator,
quod aliorum bona furtivè ſibi peculiaria & propria, ac ad ſe pertinere faciat.
Et ſuppilator ab eo quod clancularıè rapit. Sic negotiandi forma eſt, inire
commercia, exercere commercia, ſive mercaturam, mercari & contrahere
commercia. Negotiator enim à negotiando hiſce formis utitur. Primum e-
nim init commercia, hoc eſt, aggreditur mercandi negotium: Deinde inter
negotiandum exercet commercia, ſive mercaturam. Tum qui vult mercatu-
ram exercere, opus eſt ut mercetur, id eſt, emat ac vendat merces; Poſtremo
neceſſe erit ut emptas merces in unum contrahat, atque comportet. Et cau-
ſa efficiens, appellatur negotiator, exercens commercia ſive mercaturam,
mercator. Sic etiam uxoris ducendæ forma eſt, Contrahere, inire matrimo-
monium, jungi fœdere matrimonii, copulari, ſortiri conjugium, vinculis ju-
galibus ſeſe innectere, ducere uxorem: Nam matrimonii copulatio eſt quo-
dammodo contractus. In iſtiuſmodi verò contractu duo junguntur ac copu-
antur fœdere matrimonii; atque ita demum ſortitur, id eſt, ſorte ſive fato
quodam acquirit conjugium, atque ſeſe ita annectit vinculis jugalibus, ac
poſtremum ducit uxorem ſecum domum.

Pœnitentia ſive pœnitendi forma eſt, duci pœnitentia, ſubire pœnitentiam
agnoſcere peccatum, errorem, & culpam. Dolere, triſtari, angi, cruciari pro-

pter peccatum, errorem, & culpam. Timere, formidare, horrere iram, minas ac judicium Dei, pœnas, cruciatus, ignes infernales, ac mortem æternam. Nam qui pœnitet, ducitur quodammodo à vita impœnitente, ad vitam pœnitentem; ab errore, ad veritatem; à peccato, ad juſtitiam. Et qui patitur ita ſe duci, is quodammodo ſubit jugum pœnitentiæ. Et id fit dum tandem incipimus recte ſapere, ac intelligimus agnoſcimuſque hactenus nos erraſſe ac peccaſſe, nos incidiſſe in iram ac judicium dei, ac meruiſſe æternum ſupplicium; Huc ubi ventum fuerit, tunc incipimus dolere, triſtari, mœrere, angi, cruciari, ac omnibus modis affligi; tunc cor incipit temere, pavere, formidare, ac horrere iram, minas, ac judicium Dei.

A cauſa finali: nam ubi tres cauſæ anteriores recto & juſto ordine præceſſerunt, tunc ſequitur finis rectus ac bonus. Sin minus, ſequitur finis pravus; ut ubi appellamus aliquem doctum, literatum, eruditum, gnarum, peritum, ſcientem, expertúmque. Nam is ſolet eſſe finis bonæ inſtitutionis: Eodem modo quoties appellamus aliquem Poetam, Oratorem, Muſicum, &c. Contrà, qui nihil diſcit, neque à quoquam inſtitutus eſt, eum vocare ſolemus, Idiotam, indoctum, inertem, inexpertum, illiteratum, rudem, &c. Nam is finis comitatur eos qui diſciplinam aſpernantur ac negligunt. Ita, candide Lector, vides unde fiat, & quibus ex fontibus proveniat, quòd ſæpe uni rei plures appellationes aſcribantur, & quod de una eademque re plurifariam ac diverſis modis loqui ſolemus; ita tamen, ut ſemper eandem & nullam aliam rem intelligamus. Nempe ſi dialecticos locos (quibus unamquamque rem deſcribere, ac definire ſolent) probè conſideraveris, in juſtum ordinem tibi præſcripſeris, memoriæque mandaveris, tum ſæpe vel ex ſingulis aut pleriſque ex locis unamquampiam vel denominationem, definitionem, vel deſcriptionem deſumere, atque orationem tuam variare poteris. Nam hoc ipſum & Grammaticus & Dialecticus Rhetor agunt. Grammaticus enim, ubi tibi deſcribit vocum ſignificationes, ac vult tibi earundem ſignificationem, rationem, & cauſam reddere, tunc ducit ſuam rationem ſive cauſam à quopiam iſtorum locorum, & ait: Hæc res inde ejuſmodi ſignificationem habet, nempe à patre, à majoribus, ab ejus auctore, ab officio, à loco, à ſitu, ab habitu, à tali forma ſive figura, à materia, propter hunc finem, &c. Tum ſi inſpicias, quos tradit Grammaticus varios loquendi modos, tum advertes ejuſmodi loquendi modos ex hiſce pro manare fontibus; ut cum dicit, Dare negotium idem eſt quod mandare: Nam mandati cauſa finalis eſt negotium, ita ut qui mandatum velit exſequi, negotioſus ſit neceſſe eſt. Dare palmam, idem eſt quod victoriam concedere. Palma autem ſignum eſt victoriæ; qui ergo palmam alteri præbet, ſignificat eum victorem. Dare effectum, ſignificat expedire. Qui enim rem aliquã effecit, elaboravit, abſolvit, jam offert, dat ac præbet ei, cui debet. Emungere pecuniam, i.e. extorquere pecuniã à ſimilitudine. Faciliùs enim quiſpiam à quopiam è naſo mucum emungeret, quàm è ſene pecuniam adipiſceretur. Obire munus, eſt acceptare officium. Qui enim officium acceptat, videtur obire ingens negotiorum munus. Ita ubi liber, ſi modò animum advertas,

experi-

experieris in omnibus loquendi modis aliquam ſub eſſe cauſam. Sicut Eraſm. in ſuis Chiliad. nihil aliud agit, quàm ut doceat, unde, & quibus ex cauſis Proverbiorum ſententiæ ortæ ſint. Deinde, & idem agit Dialecticus in ſuo dicendi genere. Nam poſtquam rerum conditiones ac proprietates per locos ſuprà nominatos edocuit, tum inde porro reliquã ſuam tractationem proſequitur. Docet enim inde conficere definitiones, diviſiones, propoſitiones & argumentationes. Et daturus alicujus rei definitionem, ſumet eam, aut ex rei eſſentia aut à genere per ſpecies, aut per propria, aut ab accidentibus, aut à cauſis, aut officiis, aut membris, &c. Denide oſtendens definitionem, certitudinem veram, Synonymiæ rationem tradit. Docet enim definitiones ac propoſitiones convertendas, atque ita experiri, an converſæ æqui polleant. Nam primam poſtquam rem aliquam docuit definire ex rei ſubſtantia, tum definitionem docet convertendam, hoc eſt, aut ſubjectum in locum prædicati, ac prædicatum in locum ſubjecti collocandum, aut ſignis aliquibus adjectis aliquo modo commutandum: ut, potus eſt liquor ad bibendum aptus. Hac definitione data, jubet eandem definitionem tranſpoſitis vocabulis convertere, ac ſic indagare, an definitio ſit vera ac certa, nempe ita: Liquor ad bibendum aptus eſt potus. Ecce jam habes Synonymiam; nam utro modo efferas, idem ſonat: Sic avaritia, eſt omnium rerum cupiditas; omnium rerum cupiditas, eſt avaritia; & ſic agit Dialecticus in omnis generis definitionibus.

Poſtremò etiam Rhetor, etiamſi omnia ornatè, eleganter, amplificè ac ſplendide dicere ſtudeat; & omnem ſuam dicendi rationem, ad applauſum vel audientium vel legentium inſtituat, tamen hiſce ſuprà nominatis dialecticis locis, ceu fundamento, nititur. Nam utcunque rem amplificent, tamen cuncta argumenta ad hujuſmodi locos referri poſſunt, ſicut illorum libri nobis multis & pleniſſimè tradunt. Huc facit etiam, quod Rhetores plurima de Schematibus, tropis, ac figuris dictionum, locutionis ac ſententiarum præcipiunt. Hujuſmodi enim præceptionibus, nihil aliud agunt, quàm ut nos erudire conentur, quam variis modis ac figuris eandem rem nominare, vel eandem ſententiam efferre, valeamus. Quare qui Synonymiæ ac orationis variandæ rationem perdiſcere deſiderat, is dicendi artes, hoc eſt, Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam quàm diligentiſſimè ediſcat, præcipuè vero Dialecticam, & maximè ea parte, ubi locos proponit, quibus rerum conditiones, proprietates, accidentia & cauſas explicat, quos quiſque ſibi quàm familiariſſimè efficiat, ac ita perdiſcat, memoriæque commendet, ut eos ad unguem calleat. Sic enim & Grammaticorum & Rhetorum præceptiones quàm dexterrimè intelliget, & ad dicendi facultatem commodiſſimam viam ſibi parabit. Tum etiam plurimum faciet ad Synonymiæ rationem, qua diſcet de una re plurifariam loqui, quos deinde loquendi modos ſibi quiſque ad ſuum uſum reſervabit, quos poſtea ad quamvis cauſam pro rerum ratione ac circumſtantia accommodare potuerit. Nam Synonymia & ratio variandæ orationis etiam eò valet, ut inde etiam vocum & orationis proprietas perdiſcatur. Ubi enim didiceris de una re variè multiſque modis loqui, tunc judicium eſt adhiben-



dum

dum quâ in cauſa, quo loco, quo tempore, apud quos, quivis loquendi modus ad hibendus ſit. Id quod quiſque uſu & exercitatione perdiſcet. Adhæc, non parum ad r[illegible]m faciet, ſi ſtudioſus puer diligenter & aſſidue verſetur in legendis bonis authoribus, ac in eis attendat & n otet, quibus quiſque loquendi modis uti ſoleat, quò eorum imitatione etiam ſibi elegantem dicendi facultatem parare poſſit. Quamobrem, ſtudioſe lector, aliquot tibi in hoc libello ex bonis authoribus exempla propoſita ſunt, quibus & uti poſſis, & ad horum imitationem ſimilia & plura effingere valeas. *VALE.*

An



# A

**An Abbot, vide Biſhop.**

**to Abaſh, to fray, to fear.**

Conturbare metu *Terrorem*, metum, vel pavorem alicui afferre, injicere, incutere, inferre; terrefacere, ſtupefacere, obſtupefacere, obſtupere, obſtupeſcere, ſtupere, terrere
Et faciunt geminos enſis & unda metus
Concuſſa pectora, animi turbati
Dum ſtupet, obtutuque hæret defixus uno
Obſtupuit, ſteterantque comæ, & vox faucibus hæſit.
Attonitus viſu ac voce deorum
Attonitis inhiare animis
Animo exterritus
Obſtupuere animi, vide to feare

**Abaſhed, vide Aſtoned.**

**to Abate in Reckoning.**

Decidere partem, quod vulgo dicimus defalcare, detrahere, ſubtrahere, decurtare, Cic. *Tuam* partem dimidiam quemadmodum vis, decide
Decidere partem, pud Plauteum, pro demere ſummam
Deducere de rationibus

**to Abate in courage, vide a Baſe minde, and Diſpaire.**

**to Abhorre a thing, vide to Loathe.**

**to Abide to ſuffer great griefes or paines**

Suſtinere, pati, ferre dolorem immodicum, gravem acerbum incredibilem, qui vix ferri poſſit
Acutiſſimum capio, ſuſcipio, haurio, traho dolorem
Cruciatibus angor, conficior, torqueor, vexor, perturbor, frangor, diſcrucior, divellor, dirumpor, perimor, interimor, exanimor, opprimor, perdor
Omnes mentis meæ partes dolor exagitat, divexat, perturbat, afficit, gravat
*C*oncidit, cecidit animus ictu doloris vi curarum, concurſu moleſtiarum labefactatus, convulſus, percuſſus eſt
Jaceo in mœrore ac ſordibus
Curis & ægritudine maceror
Contabeſco acerba ſolicitudine, gravi cura, angore, ac mœrore, vide to ſuffer

**to be Able, to may or can.**

Valere
Poſſe
Queo. Saluſt.
Poteſſ: apud *C*omicos
Habere poteſtatem, facultatem
Vires, vim habere
Potens eſſe
Viribus valere ad aliquid agendum

**Able vide Apt.**

**not Able.**

**to Aboliſh, to undo to diſannul, or repeal.**

Irritare Irritum facere
Caſſare, *Infirmare*
*Leges* reſcindere
*Decreta* ſcindere, *Revellere*
Invalidum reddere
In nihilum redigere, *Tollere*,
Retexere, Revocare
*Leges*, tabulas reficere, frangere
Abrogare, Antiquare, Abolere
Annihilare, ἀκυροῦν
Conſuetudinem malam radicitus evellere, 8. diſtinct
Inducere decretum, Senatuſconſultum, *Sueton.*
Inducere locationem, pro irritum facere contractū. & abrogare, Cic. *H*ic ager omnis quoquo pacto coemptus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducitur
Rumpere rogationes
Edicta rumpere, apud *Hor.*
Errores craſſos, cacoethes, abuſus, ſuperſtitiones in Eccleſia ſubnatas abrogare, tollere, expungere, corrigere

**Aboliſhed, vide out of uſe.**

**Abſolute, perfect.**

Perfectum, Abſolutum
Completum, Plenum
Summum Elaboratum
Expolitum, Perpolitum
Expletum omnibus ſuis partibus
Omnes numeros habens, ut Stoici dicunt
Dextrum, id eſt, Perfectum, Virg.

**to Abſtain from meat.**

Cibo parcere, parcius uti
De cibo detrahere, temperare, abſtinere, moderari, vel ei cibum minuere

**Abundance, plenty.**

Abundantia, Exuberantia
Multitudo, Affluentia
Opulentia, Satietas, Plenitudo
Copia, Luxus, Ubertas

Pro-

Prodiga rerum luxuries
Redundantia, quam vulgus ſuperfluitatem vocat

**Abundant, plentifull.**

Affluens, profuſus
Abundans, ἀφειδώμενος
Redundans, Supervacuum
Superfluum, Supervacaneum
Uber, Exuberans
Copioſum, Cumulatum
Dives, Locuples
Supra vota ſuppetens

**Abundantly, plentifully, or copiouſly.**

Abunde, Abundanter
Ubertim, Profuſè
Uberrimè, Dapſilè
Affluenter, Satis ſupérque
Copioſè, Affatim
Largiter, Largè
Locupletiſſime, Cumulatim
Cumulatiſſimè, Plena manu
Pleno cornu, Ampliter
Opimè atq; opiparè, Plaut. vide

**to abound in great plenty have great ſtore.**

Abundare, πλεονάζειν, Redundare
Scaturire, Superare
Superabundare, Exuberare
Superfluere, Profluere
Affluere tam bonis quam malis
Copiam habere magnam & luculentam
Supra modum quippiam poſſidere
Circumfluere, Cic. ad At. 2.
Circumfluens gloria, Scatere

**acceptable, vide Bear.**

**to account, or reckon.**

Reddere, ſeu etiam facere rationem expenſam
Referre rationem ſeu impenſam
Impenſam ad calculum revocare
Computare, ψηφίζειν
Calculum ponere ſeu rationem
Supputare
Συναίρειν λόγον in Evang.
Ratiunculam reddere
Ratiunculam ſubducere
Λόγον καὶ λόγους ψηφίζειν
Sumptuum rationem ſubducere
Λογιζομένους
Calculare, Ratiocinari
Ad calculum reducere, Cic.
Facere calculum
Ducere rationem, λογίζεσθαι
Subducere ad nummum
Facere computationem apud Aſco.
Dare calculum, rationem
Rationem inire
Ad circulos notare
¶ Rationem rectè ſcire ſubducere
Rectam rationem colligere, conſtanti ratione to caſt a true account

**my accounts being caſt up I ſhall know my loſſe.**

Putatis, Supputatis, Ductis, ſubductis rationibus, rerū mearum faciam, colligam, percipiam, perſtringam, conficiam, deprehendam intelligam, ſentiam rei familiaris jacturā, Damnum, Detrimentum

**an account or reckoning.**

Ratiocinatio, λόγος
Supputatio, Subductio
Computus, & computatio vulgo dicitur, ſed minus Latine
Expenſarum ratio, apud Ciceronem eſt ratio ſumptuaria
Ratio dati & accepti, expenſi & accepti, Calculus
Tabulæ accepti & expenſi
Conficere tabulas rationes in ordinem, quod vulgus dicit Regiſtrum facere, in quo ſcilicet accepti datique ratio notatur
Expenſi, impenſique rationem deſcribere, to write a reckoning
Codex liber rationarius, regiſtrum vulgo dicitur, a reckoning book.

**to overſee or examin an account.**

Rationes diſpungere, ſignificat data & accepta conferre, excutere & examinare. Hinc diſpunctio pro diligenti examinatione percunctationéque accipitur, ut ſcribit Alciatus quod veteres ſoliti fuerint rationes quum data & accepta conſtitiſſent, tranſverſo puncto confodere, Rationes diu peractas abſolutaſque recognoſcere

**of no account.**

Nullius pretii, Infimæ conditionis, obſcuri loci, nullius ordinis
Deſpectus, abjectus, contemptus
Nulla majorum laude commendatus, honeſtatus, nobilitatus

**a maſter or auditor of accounts**

A rationibus, A calculis
Ratiocinarius, quem Cic. vocat calculatorem
¶ Magiſter rationum curiæ quem Contrarotularium, vulgo vocant, comptroller.

**of one accord, conſent, heart, or will,**

Unanimis



Unanimis, vel Unanimus
Concors, conſentiens.

**with one accord and conſent.**

Unanimiter
Conjunctis ſententiis
Concorditer
Una mente, uno ore, Pari voto & uno conſenſu, uno animo atque una voce, vide conſent.

**to do a thing with one accord or conſent.**

cōpoſito rē gerere, agere, facere
Ex pacto, ἐκ συνθήκης, compoſito rem gerere
Facere de compacto, apud Plaut.
Ex compoſito, ἐκ παρακλήσεως
Compoſito pacto factum eſt, Terent.
Nihil non ex compoſito fecimus
Pactum ſervavimus, Plinius.

**to accuſe one, or to lay to his charge.**

Arguere aliquem furti, pecuniæ interverſæ,
Dicam ſcribere, vel impingere.
Crimen obiicere, pro quo inferre crimen, Cicero dixit
Crimen intendere
Accuſationem contra aliquē inſtituere
Contra venire, Cic.
Crimen impingere, quod Græci
Αἰτίαν ἐπάγειν dicunt
[illegible]
Reum agere, Accuſare, poſcere
Incuſare, Culpare
Inſimulare, Sugillare
Criminare, Deferre aliquem:
Aliquem in crimen vocare:
Furti aliquē alligare, agere:
Crimen conferre, conjicere in aliquem
Crimina Congerere
Judicare reum
Aquirere capite vel capitis, pro criminaliter contra aliquem procedere
Similiter Accerſere, vel arceſſere aliquem in judicium capitis, Cic. unde capiti accerſiri, to accuſe of a deadly offence or crim. apud Plutarchum.
Capitalibus criminationibus, mendacibus calumniis capitis aliquem expetere.
Calumniari
Criminibus falſis inſimulare
Falſum crimen intendere in aliquem, to accuſe falſly

**not accuſtomed to labour**

Nondum es aſſuetus, aſſuefactus laboribus
Labores ferre, ſuſtinere, non conſueviſti, ſenſiſti, tuliſti,
In laboribus non verſatus, in exercitatus, rudis & inſolens es
Nondum tibi labor familiaris eſt
Laboris impatiens, vid. wont

**acquaintance.**

Notitia, Conſuetudo, Converſatio.
Conjunctio, Familiaritas, uſus.

**to atchieve, vide End**

**to be acquainted or familiar with one, to be converſant or keep company with.**

Agere conſuetudinem, exercere
Familiariter uti, Viſitare
Domeſticam agere con ſuetudinem,
Verſari, Converſari
In perditiſſima juvenum colluvione verſari
Commercium habere, ſeu rationem
Unde malorum commercio reddimur deteriores.

**to enter an action in the Law againſt one, or to ſue one in the Law.**

Citare, in jus Citare,
Litem movere, apud Cicero nem.
Trahere ad judicem, ad ſubſellia
Per fora trahere
Actionem intendere, inſtruere, to make his complaint
In jus ducere, trahere, vocare, rapere, Ἐλκύειν
Obtorto collo in jus trahere Hiero.
Educere in Juſtitē intendere
Δίκην λαγχάνειν
Convenire aliquem in jus, ad judicem vocare, vocare in crimen
In Judicium, trahere, ducere
Κατασπᾶν εἰς ἀγῶνα
Poſtulare aliquem injuriarum
Dicam illi ſcribere vel impingere
Moleſtiſſimis litibus aliquem involvere
Odioſis aliquem divexare litibus
Diem dicere, vide to Sue.

**an Act of Parliament.** vide **Commandement**

**Added or put into**

Adſcriptus, Annumeratus
Additus, Adſcitus
Coorptatus, Lectus
Receptus, relatus, poſitus, collocatus, recenſitus in ſtudioſum numerum, in amicorum album relatus.

**to adorn, vide to Beautify**

**to advance, vide Promote**

**to advance learning,** vide **Learning.**

**to adventure upon fortune,** vide **Fortune and Danger.**

**an Adverſary,** vide **Foe.**

**Adverſity,** vide **ill Fortune.**

**to Advertiſe ſecretly,** vide **to warne and to put in remembrance.**

**Adviſed** vide **Circumſpect.**

**by your Advice,** vide **by your Counſell.**

**to commit Adultery.**

Adulterare, & Adulterari
Mœchari μοιχεύειν
Mœchiſare, apud Plautum
Adulterium committere, inferre
Sitientibus agris propriis alienos irrigare metaphoricè
Alienum arare fundum
Ἀλλοτρίαν ἀρούρεχι ἐροῦν
Cum alieno toro rem habere
Capere uſuram corporis uxoris alterius, apud Plaut.
Alterius torum maculare, polluere.
Uxores aliorum futuere, permolere.

**an Adulterer or Cuckold-maker.**

Mœchus, Adulter, Horat. Taurus dicitur.
Cucullus & Curruca proverbio dicitur, apud Juvenalem & Plaut.
¶ Mœcha, Adultera, Succuba Alieno marito ſe ſubjiciens.

**Adultery.**

Adulterium, Mœchia, furta incomplexus

Stuprum apud Quintilianum & Plautum pro eodem.

**to Admoniſh,** vide **Exhort**

**an Advocate,** vide **Atturney.**

**Affability,** vide **Courteſie.**

**Affection.**

Affectus, Studium, Animus. Voluntas, Libido, vide **Will**

**Affectionately.**

Intimè, Cupidè, Ambitioſè Curioſè, Voluntarie, ultrò

**to affirme, or aſſure.**

Adſerere, vel aſſerere
Aſtruere efficacibus argumentis
Certò dicere
Polliceri pro affirmare, apud Cic.
Συμβιβάζειν Aſſeverare
Affirmare, διαβεβαιοῦμαι
Inſtare factum, Terent.
Ille inſtar factum
Omni aſſeveratione confirmare
Aſſeverantius dicere
Corroborare, Ratum habere
Pleno ore affirmare, ut aiunt. nam veri periculum non ad me recipio Soli

**afterward, or after this**

Poſtea, Poſtquam
Poſtea quam, poſti, ubi,
Poſt ubi, Simulac,

**again, eftſoones.**

Rurſus & Rurſum
Αὖθις πάλιν Iterum,
De Iterato in ſacris literis Secundo
Ἐξ ὑπαρχῆς De integro
A novo vulgus dicit
¶ Viciſſim, per vices, vice verſa
Ἀνάμιξ Alternatim, ἀμοιβαίως
Alternis, Alternè παραλλάξ.
Nunc unum, nunc aliud.

**againſt, or contrary**

Contra, κατὰ cum gen.
Adverſus & Adverſum, præpoſitiones. Præter, Terent. Præter civium morem atq; legem. In cum accuſativo.
Ad pro contra quoq; ponitur
Erga, ſed ſæpiſſime in bonam partem, quamvis etiam in malam reperiatur, apud Tacitum & Livium.

**to be againſt, or contrary.**

Adverſari, Obſiſtere, Obſtare.
Oppugnare, Impugnare.
Reſiſtere, obluctari, Reluctari.
Obniti, Reniti, Repugnare.
Contra ſtare.

**age, time, everlaſting, perpetuall.**

Ætas, ſæculum, ævum
Perpetuus, a, um. Sempiternus, a, um
Sempiternitas
Æternus, a, um
Perpetuitas, perpetuò adverb.
Æternitas, vide **Old.**

**aged, or old of 12. yeares.**

Annos duodecim natus eſt
Duodecimum ætatis annum agit
Ætas ejus eſt duodecim annorum
Duodecimum ætatis annum non exceſſit, non egreſſus eſt.

**the prime, the flower of age, or time.**

Flores ætatis, Integra, Firma, Valida es ætate.
Ætate viges, Validus & Firmus es.

of



**of one or like age.**

Coævus, ὁμῆλιξ ἥλιξ
Coætaneus, Æquævus
Ejuſdem ætatis, eadem ætate
Æqualis
Collactenus, ſimul lacte nutritus
Ætate conjunctus
Par ætate & annis
Contemporaneus
Synchronius, συγχρόνιος

**aged,** vide **old.**

**to agree,** vide **to conſent.**

**to agree with the time, to be even, and jump with the World or time.**

Omnium horarum hominem agere
Comparare ſe ad omnia
Regionis moribus ſervire, obſecundare
Se moribus quorumlibet attemperare, accommodare
Scire foro uti
Servire ſcenæ occaſioni
Polypi mentem habere
Πολύποδος νοῦν ἴσχειν
Rebus præſentibus, tempori loco ſeſe accomodare
Inſanire cum inſanientibus
Τοῖς μαινομένοις συμμαίνεσθαι
Uti foro, tempori cedere
Tempori ſervire, pro tempore agere
Καιρῷ λατρεύειν, Phocyll
Omnibus vel tempori ſe accomodare
[illegible] πρὸς τὸν καιρόν
Opportunitatem expectare
Καιρὸν θεραπεύειν
Neceſſitati parere
Tempus ſpectare aptum
Obſervare temporis occaſionem
Amiculum pro venti aptare flatu

**agreement, or concord.**

Concordia, Mutua gratia, Unio
Conſenſio, Pax publica
Tranquillitas Voluntatum
Studiorum & Sententiarum ſumma conſenſio, Cic.
Conſenſus omnium rerum
Idem velle & Idem nolle
Eodem animo, eadem & ſentire & decernere
Unanimitas
Unus omnium rationum conſenſus
Conſentiens voluntas
¶ Concordia parvas res videas creſcere, diſcordia vero ſplendidas maximaſque opes dilabi ac deflorere
¶ Concordia reſpub. omnis conſtat quantumvis parva, necnon opes conſervantur maximæ, & augeantur exiguæ Contra, factionibus & diſſidiis opulentiſſimæ quæque & celeberrimæ civitates funditus exſcinduntur, vide **Promiſes**

**an agreement of peace,** vide **League.**

**to ayd** vide **help**

**the ayre.**

Aer ἀήρ, Cœlum, Aether
Jupiter pro aere, apud poetas
Æquor pro aere, apud Virg
Inane pro aere, apud Lucret.

**a ſweet ayre,** vide **faire weather.**

**an ale-feaſt,** vide **Banquet**

**aloft,** vide **high.**

**although, notwithſtanding.**

Etſi, Etiamſi, Tametſi, Cum
Ut pro quanquam, Licet, Ac ſi
Quanquam, Quamvis, εἰ καὶ

**all or every one.**

Omnis, totus, Cunctus
Univerſus, uniſquiſque
Quiſque Singuli

**To allure, to entice, or to winne one by faire meanes.**

Allicere, δελεάζειν
Allectare, ἄγειν, cum genit
Lactare, Allectare
Variis allectare lenociniis
Pellicere, Illicere
Invitare, Lenocinare
Capere illecebris, blanditiis
Attrahere, excitare, inducere
Lactare mellita ſpe, deliciis
Præmiis, allectamento invitare
Signo quaſi dato invitare
Omnibus modis allicere
Ducere quoque pro illicere ineſcare ac dilectione quadam oblectamentiſque demulcere ponitur
Delectare a delicere, ſicut allectare ab illicere eſt attrahere
Ἕλκειν
¶ Attrahere in caſſem, Ineſcare
Innectere, Impedire
Inviſcare, Illecebriis circumvenire
Illaqueare telcis, Irretire, vide **flatter.**

**pleaſant allurements or inticements.**

Allectamenta, incitamenta
Invitamenta, quæ vulgus Irritamenta vocat
Illecebræ, blanditiæ
Illectamenta, ἀγωγαί
Blandimenta, Demulcimenta



Illecebræ

Illecebra ſingul. Lenocinia
Illicia, plurale ab illicium apud Ciceronem, Viſcatium, Ambio.

**an allurer, an enticer, or flatterer.**

Illex, Illiciens. Illecebroſus
Alliciens, Allectivus, ἀλωγὸς vide flatterer.

**an Almond.**

Amygdala, vel Amygdalum
Ἀμύγδαλ ;
Nux Thracia, Nux Græca.

**Almoſt, well neer.**

Bene, propè, ferè
Propemodum, Ferme, Propediem
Μικρῦ, ὀλίγ8 Quaſi
Tantum non, apud Eraſmum Suet *Livi.* valde frequens
Parum abeſt, Minimo minus
Paulò minus, ante penultima acuta, pro eodem frequens in ſacra Scriptura, & apud *Sueton.*
Ad modum, pro fere, apud *Livium*
Jam mitigati admodum animi,
Modò non, pro ferme, apud *Terent.*
Plerumque adverbium.

**All over,** vide **every where.**

**Alteration of ſtate,** vide **my ſtate is altered.**

**to alter or change, as old faſhions or cuſtomes are changed.**

Exolere, exoleſcere
Inveteraſcere, Mutari
Contabeſcere
Obſolere & obſoleſcere

**an Altar**

Altare, Altarium
Ara, βωμὸς

**Altogether,** vide **utterly.**

**alwayes, day and night continually, without ceaſing.**

Die ac Nocte, Nocte dieque
Ἀπαύςως, νυχθήμερον
Semper, omnes per annos
Diu, noctuque, Noctes & dies
Tempus in omne
Νύκτας τ' ἠδ' ἤμαρ
Continue, Continenter,
In ævum æternum
Aſſiduè, indefeſſe, Continenter
Inceſſanter, Indeſinenter.
In perpetuum
Ἀφεσίλως
Nullo puncto temporis intermiſſo
Ne punctum quidem temporis reſpirando. Sine interpellatione
Sine intermiſſione
Ne minimam quidem moram interponendo, Citra reſpirationem
Protinus, apud Virgilium
Perpetuo, jugiter
Nunquam non, Irrequieto labore
Noctibus continuare Dies
Ne genu quidem flexo
Οὐδὲ γόνυ κάμψας. Proverb pro une omni intermiſſione, **without ceaſing.**

**Ambaſſadors,** vide **Poſts**

**ambition, or a deſire of glory**

Ambitio & ambitus, media correpta, ſitis famæ
Sitis impotens honeſti
Studium, cupiditas honorum, imperiorum.

Gloriæ appetentia, apud Ambroſ.

**ambitious, or deſirous of glory**

Appetens, avidus, cupidus, famelicus gloriæ, famæ.
Sitibundus, Eſurientiſſimus laudis
Immoderatè appetens honores
Ambitioſus, φιλότιμος
Honoris potentiave cupiditate inflammatus
Non alienus ab ambitione
Cujus juvenilem obſedit animum gloriæ febris, vel ſitis
Sitientiſſimus laudis
Magnarum pomparum amantiſſimus
Laborans ambitione
Thraſo. φιλόδοξ ος.

**to be ambitious, or to ſeek after praiſe.**

Captare laudem φιλοδοξεῖν
Affectare, venari gloriam
Gloriæ inhiare
Servire gloriæ, & propriæ laudi.
Vacare populari auræ aut gloriæ
Honoris cupiditate titillari
Auram captare popularem, favorem, gloriam more talium inanem
Populares ambire honores
πολυτιμεῖν ambire munia
Petere, prehenſare honorem
Honorum, gloriæ cupiditate, ſiti famæ teneri, illici, capi, duci
Ferri ambitione
Expetere, aucupari famam
Ambitione auræ popularis teneri,
Conflare populares honores, & vulgi commendationes & favorem undecunque captare.





Immodicos hominum rumuſculos aucupari, Cicero
Duci gloria, Cicero: ſi quis honore ac gloria ducitur
Ex laude pendere
Aucupari gloriam, gloriolā
Immodicis ſtudiis ad honores contendere
Laborare ambitione, cupiditate honoris. Honores petere
Inanes flare glorias
Gloriolæ afflatum captare
Gloriam appetere vel expetere, quærere, honorem affectare apud *Sa.* Honorem velificare, apud Ciceronem contra *Rul.*
Pendere à multitudinis aura
Applauſum captare humanū
In honorem quærendo totis viribus incumbere
Non ego ventoſæ plebis ſuffragia venor, Horat.

**to amble**

Tollutim greſſus glomerare
Alterno crurum explicatu glomerare greſſus
Alipedes, πτερόποδες

**an ambling horſe.**

Gradarius, gradatim incedens, veſtigia modice ac volubiliter tollens, ἱπποδρομος
Aſturca, ab Aſturca oppido Hiſpaniæ, Teldones apud Plin. Aſturcones.
Mannus, idem quod Gradarius, quaſi ad manum manſuefactus, apud Horatium & Eraſmum, alii aliter ſcribunt
Tollutarius à tollendis & glomerandis pedibus Latinis dicitur
Tollutaris à Seneca vocatur

Gygerius, equus pumelius, apud Strabonem
Mannulus, equus, pullus diminut.

**to amend, or correct.**

Corrigere, Caſtigare
Emendare, elimare

**to amend his life, or to turn to grace, and repentance.**

Reddere bonam frugem
Ad bonam frugem ſeſe recipere
Converti ad meliorem frugem
A Corruptiſſima vita converti
Exuere vetus vitæ genus
Excuſſo vitiorum jugo ad emendatiorem reſurgere vitam
Vitæ caſtigatioris propoſitum ſumere
Recedere à vitio
Evadere ad bonam frugem
Vivere emendatius
Ad ſalubriora conſilia animum appellere
Reparare
Expiare ſcelus
Redire ad meliorem vitæ frugem
Benefactis penſare delictum
Redimere culpam præteritam
Pro egregio facta compenſare
Facere finem peccandi, vitiorum
A voluptuoſa ad frugi vitam redire
Sordes humanæ fragilitatis gratia pœnitentiæ emaculare
Ex abyſſo emergere peccatorum

**to make amends,** vide **to recompence.**

**amiſſe,** vide **ill**

**to do amiſſe,** vide **to offend and to ſinne**

**amity,** vide **friendſhip**

**anger, wrath, fury**

Ira, Rancor, ὀργὴ
Iracundia, Stomachus
Bilis, Angor, χόλος
Indignatio, excandeſcentia
Animi effervefcentia
Animi pluraliter, Pone animos

**to make one angry, or to provoke one to wrath.**

Movere, habere ſtomachum
Bilem alicui movere
Ad iracundiam provocare
Ciere aliquem, Movere, ſimplex
Ad iram provocare
Iras induere, colligere
Turbare alicujus animum
Laceſſare quempiam, amaricare
Exacerbare, Irritare
Aſperare, exaſperare
Exagitare, Infeſtare
Iratum reddere, incendere
Exurere ira
Accendere cum accuſativo
Bilem concitare, conciere, commovere aliquem
Aggregare, A rigere iras.
Inflammare aliquem verbis, excitare ad iram
Acuere furorem
Offendere, Lædere
Animum accendere incendere
Stomachum facere, apud Cic.
Exulcerare alicujus animum
Incenſum dare pro iratum facere, Terent.

**angry or diſpleaſed.**

Iratus, infenſus, Iracundus
Ira commotus, affectus, agitatus, adductus, impulſus incitatus, actus, accenſus, inflammatus
Iracundior Adria, qui irritabili eſt ingenio, **very angry**
¶ Iracundè, cum Ira, inflammato ore, ardentibus oculis.

**to be angry**, vide **to chafe**

**angred**, vide **chafed**

**to repreſſe or ſtay his anger or fury.**

Iram, iracundiam reprimere, temperare, mitigare, cohibere, refrænare, concoquere, ponere, mulcere
Stomachum ob rei indignitatem efferveſcentem ratione cohibere
Stomachum tenere, Horat.
Comprimere æſtus iracundiæ
Rationis moderamine reflectere iræ appetitum
Placare animos
Iracundiam peſſundare Plaut.
Iræ modum, ſeu frænum ponere
Adhibere modum, vel moderationem
Dare locum iræ, apud Paul. ad Rom. 12.

**to animate**, vide **encourage.**

**any.**

Aliquis, Ullus, Quiſpiam, Quiſquam, Quivis, alius.

**anon**, vide **out of hand.**

**anſwer, or to make an anſwer**

Reſpondere
Reſponſum dare, reddere, factare
Ἀποκρίνειν
Verbum proloqui, Terent.
Dare orationem pro reſpondere, Plauto frequens
Subjicere, abſolute
Labra reſolvere, ora reſerare.
Subſervire orationi, apud Terent.
Reddere vocem, ſonos, verba
Inferre, tangere verba verbis
In verba prorumpere
Suſcipere, apud Virgil. & in Evang.
Dicere cum ablativo & præpoſitione pro, vel cum accuſativo mediantibus præpoſitionibus, in vel ad
¶ Ad rogata reſpondere, aut ſpondere, ſimplex pro compoſito, apud poetas
Excipere, Referre verba, dicta
Ad rem congruenter ἀποκρίνεσθαι, id eſt, ad verbum reſpondere
¶ Reſpondere preter rem
Nihil ad rem, Non ad rem loqui
Reſponſum alienum à propoſito dare, **an anſwer, but not to the purpoſe.**
Παρεγδιήγησις, ἀπροσδιόνυσος, παραδιήγησις, λήρος
De alliis loquenti, reſpondere de cæpis.
¶ Ferre, accipere reſponſum, **to receive anſwer**
Cicer. Cum à me id reſponſum tuliſſet.

**apart**, vide **privily.**

**Apothecary, or Grocer.**

Unguentarius, Metropola
Odorarius, Aromatarius
Aromatopola, Pharmacopola
Medicamentarius, Herbarius
Pigmentarius, Myrobrecarius, apud Plaut.
Apothecarius, ἀποθηκάριος

**an Apothecaries, or Grocers ſhop.**

Aromataria taberna
Pigmentaria, unguentaria officina, Μυραψεῖον
Myrapolion, Pharmacotheca.
Apotheca vulgo dicitur, tametſi proprius ſit Apotheca repoſitorium, recondi torium granorum.

**to Apparell, to clothe, to put on a garment.**

Ornare, Veſtire, induere
Amicire, Comere, Colere, vide **to cloath.**

**Apparell.**

Apparatus, Amictus, Amiculus
Ornatus, veſtis, veſtitus, Cultus, Veſtimentum
Indumentum, induviæ
Exuviæ, Spolia
Pexa tegit, **a Frizeadow or Iriſh Gown**
Veſtis defluxit ad imos pedes
Arte laborare veſtes, oſtróque ſuperbo
Veſtis inſignis auróque rigens
Picta croco, & fulgenti murice veſtis.
Illum veſtis ſerica tegit
Veſtimenta fluxa, vel laxa, **looſe, large, or wide apparell.**

**Appeaſed**, vide **Aſſwaged**

**to Apply.**



Applicare, Vacare, Incumbere
Inſiſtere, Inſtare, Inſudare
Invigilare, Operam dare, navare
Animam adjungere, applicare
Deditus, intentus, mancipatus eſſe.

**to appoint**, vide **determine.**

**to appoint a day**, vide **Day**

**to approve**, vide **of one conſent or opinion.**

**to approve by reaſon**, vide **to declare or ſhew.**

**to approach, to draw neer unto.**

Ingruere, Impendere
Imminere, Non longe abeſſe
Subeſſe, Hyems ſubeſt
Capiti impendere.
Inſtare, Adeſſe
Appetere, Venire, Cominus ire
Adventare, Saluſtius
Comitiorum dies adventabat
Obrepere, Appropinquare
Admovere ſe propius
In foribus eſſe, vel in limine
Pulſare fores, Propinquare
In cardine verſari
In propinquo eſſe, ἐγγίζειν

**an Apron.**

Succinctorium
Semicinctium, apud D. Hieronymum
Supparus, vel ſupparum
Περίζωμα

**Apt, Meet, Proper, Fit, Convenient, Sufficient, Profitable, Able.**

Appoſitus, Commodus
Sufficiens, ἱκανός
Natus, aptuſque. Cicer.
Aſſentaneus, Aptus, Utilis, Bonus, Idoneus
Habilis, Conſentaneus
Conveniens, Congruens
Congruus, Accommodus
Accommodatus, Reſpondens
Non inconveniens
Fœlix, fœlix ad literas, Concors
Maturus pro idoneo, quadratus.
¶ Habilitas, Aptitudo, **Fitneſſe**, vide **Fine, or Fit.**

**to Array**, vide **to make foul.**

**an Arbitrator or an Umpire.**

Mediator, μεσίτης
Sequeſtrator, Sequeſter
Pacificator, Pacator
Reconciliator, Interventor
μεσίτης
Author concordiæ, Arbiter, Qui regit, & dictis animos & pectora mulcet.

**to take an argument.**

Argumentum elicere, colligere, trahere, Capere, Venari
Capere inſtitutum, Cic.
Sumere thema, θέμα λαμβάνειν

**ariſe**, vide **ſtand up.**

**the arme-hole, the hole under the arme.**

Axilla, πτερύγιον
Ala, Aſella, arum.

**to arme, to harneſſe, or take weapons.**

Armare, conſurgere in Arma
Armis ſe inſtruere, Circundare
Arma capeſcere, gerere
Diſponere enſes & ſcuta
Accingi armis, ad arma congere
Arma parare, exercere
Furor arma miniſtrat:
In armis eſſe.

**to arme, to lay down arms or weapons.**

Arma exuere, ponere, deponere
Prælia relinquere
Scuta, & arma demittere

**an army, or hoſt.**

Exercitus, Cohors, Manus
Phalanx, Caterva, Turma
Agmen, Spira σπεῖρα
Cuneus, Acies
Armatæ Phalanges
Copia, pro exercitus multitudine
Legio παρεμβολή

**to arrive, to come to the haven, port, or land.**

Appellere ripæ, Oris
Tangere, premere locum aliquem
Venire in portum
Tellure potiri, portum petere
Ad littora tendere
Carinæ littora tangunt
Rates amni inferre
Clavum ad littora torquere

**to aſſemble, to gather or leavy an army.**

Contrahere Copias, milites
Cogere militum manum
Conſcribere exercitum, militum cohortem, milites
Milites conquirere
Ἀθροίζειν, ἀθροίζειν
Cogere, facere, parare manum
Facere gregem, Saluſt.

Applicare Facere

Facere agmen, Hiſtorica ſunt
Cogere exercitum, copias, agmen, equitatum, milites, ſeu congregare
Scribere exercitum, milites copias
Comparare, conflare contrahere, conficere exercitum. Virgilius, trahimuſque viros
Ingentes Martis contrahere tumultus
Facere exercitum, Cicero
Colligere copias, exercitum
Συγκροτεῖν δύναμιν
Aciem ſtruere
Cogere in prælio milites, & atas acies, Vigilius.
Augere auxilia, eſt militarem gregem facere copioſiorem

**to arreſt one, to lay hands on one**

Capere, ἀγῆν Captivare
Manus adtere, inferre
Corripere, Cic. in Ver. Act. 7
Hominem corripi ac ſuſpendi juſſit ex oleaſtro
Prehendere, comprehendere
Manus injicere, manicam, catenas
Ἐμβάλλειν τὰς χεῖρας
Obtorto collo in vincula trahere
Ἄγχειν καταγάδην
Intendere vi colla collo:
Collum obſtringere: Soli.

**arrogancy, vide pride.**

**arrogant, vide proud**

**an arrow, a bolt, a dart.**

Jaculum βέλ.
Spiculum, Telum, Polos
Miſſile, Sagitta Haſtile
Catapultæ Tragula;
Arundo & calamus, Metaph.
Alcides apud virgilium:
Coriſcus apud Nonnium

**the arſe**

Anus, ani. Podex, κῶλος
Colos, πυγή
Sedes a Plinio frequenter ponitur pro ani circulo & podice.

**arſeverſie, overthwart**

Præpoſterus, πρωθύστερος
Perverſus, διεστραμμένος
Inverſus, Pravus.

**artificer, a crafts man, a man of occupation**

Artifex, Mechanicus
Manualis, operarius, Opifex manuarius, δημιουργός
Χειροτέχνης, μηχανικός
Operarius, Sedentarius:
Manibus ſumptum exercens diurnum apud Ambroſ.
Ex manibus vivens
Manibus victum ſibi quæritans, quem ventrimanum quidam vocant
Ex labore, manuum operâ vivens
Artem mechanicam exercens

**arts or ſciences lack their due honour**

Artes merito honore carent non ut deberent honoratæ ſunt:
Non quanti deberent, æſtimantur;
Non quo deberent quo æquum eſſet loco ſunt
Non quem debent locum obtinent
Non admodum in honore ſunt; dignitatis, exiſtimationis, honoris, loci non habent ſatis.
Exigui, parvi pretii ſunt, haud magni reputantur bonæ artes, bonis artibus honor non eſt, locus non eſt, honor non tribuitur.
Bonæ artes honore vacant, dignitate carent, non coluntur, jacent, minime vigent.

**artificially, vide exactly**

**artillery, canons, guns.**

Bombardæ, aut (ut alii volunt) Boardæ à ſono grandes & parvæ
Tormenta ærea horriſona
Machinæ æreæ ſaxa rotantes, turrifragæ
Baliſtæ à nonnulis dicuntur tormenta muros concutientia
Quarum ſpecies ſunt Falcones ſeu Falcunæ, quas Germani Cartunas vel Murifragas, Galli canones duplices vocant, Double Cannons
Serpentinæ, ſeu ſerpentes violenti quas Cartunas ſimplices vocant
Serpentinæ mediæ Falconetæ
Porrò ampliores, ſed breviores ſunt quadratæ Bombardæ ignotos globos jaculantes, & Mortarii qui globos ulnæ diametrum habentes emittunt, quibus tecta & domorum pavimenta perforant hoſtes, urbis interiorea impetentes.
Ignium ejaculatrices
Sclopi quos pedites ferunt, Manuaria vel martialia tormenta, peditum ſcilicet.

**as I think, vide think**

**as ſoon as**

Ut primum, Ubi primum
Cum primum, Quam primum
Statim Jam ut. Cito ut

As



**as though.**

Perinde ac ſi, Haud ſecus ac ſi
Æque ac ſi, Non minus ac ſi
Non aliter ac ſi

**as like as, even as**

Velut, veluti, ut, uti
Quaſi, Tanquam, Seu
Perinde ac, Sicut, Sicuti
Ita, Ac ſi, ὡς ὥσπερ; Quemadmodum
Cum vel quando temporis adverbium ... do, ubi

**as men ſay, vide ſay**

**to be aſhamed**

Erubere, Erubeſcere
Verecundare, Confundi
Pudet, piget: vide to bluſh

**to aske, demande, or require.**

Rogare, interrogare
Requirere ab aliquo
Quærere Sciſcitari
Sciſcitari oracula Phœbi, Virg.
Referre rem ad ſenatum, eſt Senatorum rogare, interrogare ſententiam

**to aſſay, vide to attempt.**

**to aſſail, to invade**

Impetum vel inſultum facere in hoſtem, in hoſtium equitatum.
Ἀσλαπιν
Incurſare, incurrere in hoſtem
Ruere in hoſtes
Incurſionem facere
Omni conatu invadere
Comminus cum hoſte congredi
Clypeo impetum facere & haſta
Συμβάλλειν σὺν ἀσπίδι ἠδὲ τῷ μακρῷ apud Homerum
In medium legionis curſu concito ſe Proripere
Inconfertiſſimos hoſtes incurrere, Saluſtius
Medium penetrare agmen
In confertos hoſtes ruere
Involare, irruere in hoſtem
Irruptionem, impreſſionem facere
Infeſtare, invadere
Aggredi, Adoriri ἐπιχειρεῖν
Impetere hoſtem. συμβάλλειν

**an aſſault.**

Vis impetuſque militum, irruptio
Inſultus, Acceſſus, incurſus violentior
Aciei ruentis impreſſio, quam vocat Cicero Appulium
Militum cuneatim incurrentium impetus, προσβολή
Ἀγὼν ἐκ προσβολῆς

**to give an aſſault, to ſet upon**

Impetere, ἐπιτρέχειν
Incurſionem, inſultum facere
Impetum extremarum facere virium
Impreſſionem, irruptionem facere
Violenta manu invadere
Urbem concitatius oppugnare
Admovere machinas omnes
προσβάλλειν, Oppugnare
Scalas muris adhibitas aſcendere
Foſſas congeſta terra opplere
Expugnare pro oppugnare in ſacris liter's ponitur
Impetum facere, προάγειν
Incurſu, impetu, impulſu, acceſſu violentiori
Contra hoſtes defendere

**to repulſe the enemy**

Repellere, propulſare
Hoſtes defendebat à pinnis facillimè
Depellere inſultum
Pellere, depellere, propellere, propulſare hoſtes mœnibus
Exercitum ferventi oleo reprimere
Sulphureum picatumque ignem ejaculari in aſcendentes

**an aſſe head, vide Dulhead.**

**to Aſſemble things together, vide Gather**

**to aſſemble and gether all the power together.**

Vires in unum contrahere, conferre, colligere
Cogere ad arma viros
In arctum cogere, in anguſtum contrahere copias
Reliquias agminis colligere
Copias ſupplere
Congregare manum virorum
Inſtaurare belli reliquias, vires
Redintegrare copias, vires, bellum, prælium
Certamen rurſus experiri
Collectis copiis bellum inſtaurare.
Iterare pugnam, Mavortis opus alacrius redintegrare

**an aſſembly of people, or men, vide Congregation and Multitude.**

**to aſſiege, vide Beſiege**

**to aſſiſt, vide Help**

**to aske**

Rogare

Rogare, interrogare,
Rogitare, Petere, poſcere,
Poſtulare, Flagitare, Inquirere,
Exquirere, percontari,
Aſtipulari, Sciſcitari.

**to aſſure**, vide **to affirme**

**Aſſuredly**, vide **without Doubt**.

**to aſſwage thirſt**, vide **Quench**

**to aſſwage**, vide **to leſſen, and Pacifie**.

**to be aſſwaged, mitigated, or appeaſed.**

Ut tempeſtas, ventus, flatus, fluctus,
Sopiri, conſopiri
Conſilere, Conſileſcere
Conſidere, apud Horat. Concidunt venti, ſubſedere, fluctus,
Placare, Temperare æquora.
Reſidere. Remittit ſe ventus
Mare quoq; dicitur miteſcere quando cadunt ventorum procellæ, flatus aurarum quieſcunt, motus procelloſæ tempeſtatis ſubſidunt.

**Aſtonied, or abaſhed.**

Stupidus, perplexus
Attonitus, Conſternatus
Perculſus, Confuſus, animus tantæ cogitatione rei exanimatus.
Oeſtro percitus, proverb. Incertus.
Οἰστρῳ παραπληγείς.
Stupefactus. ἐμβεβροντημένος
Animo attonitus, conſternatus.
Δαιμονισμένος, perturbatus,
Fluidus cui pectore manat Sudor, & è ſubito membra ſtupore pavent.

Frigidus horror membra quatit.

**to be aſtonied.**

In extaſim rapi,
Mente concidere, Cic.
A ſeipſo digredi
Ad ſenſum communem obſtupuiſſe dicitur, qui extra ſe poſitus eſt.
In extaſi, extra ſe eſſe
Excidere ſibi dicitur, quiſquis à corporeis ſenſibus abripitur
¶ Non eſſe apud ſe.
Alibi vivere animo, non in ſuo corpore, Peregrinari animo, vide **to Swoone**.

**at the laſt.**

Tandem, Demum, Poſtremo.
Poſtremum, Denique, Noviſſime,

**to attempt, to aſſay, to prove, to try, to goe about.**

Experiri, Periclitari.
Periculum facere. Probare.
Experimentum ſumere, facere
Capere experimentum.
Κινδυνον ποιεῖσθαι Jacere aleam
Magno pecuniæ ſumptu tentare rem aliquam.
Nihil intentatum, inauſum, inexpertum relinquere.
Fulvum ſpectatur in ignibus aurum.

**attendance, ſervice**

Opera, Obſervantia, Famulatus.
Obſequium, Miniſterium.
Servitus, Famulitium.

**an Atourney, an advocate.**

Advocatus, συνήγορος.

Cauſidicus, Patronus cauſarum.
Syndicus.
Actor cauſarum fori litigioſi.
Rabula forenſis ſeu fori judiciarii.
Aſſiduam dans operam foro.
Fori vaframentum.
Litium protelator.
Tritus in rebus forenſibus.
Vafricias fori percallens.
Περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς.

**to attempt**, vide **to impute**.

**ancient**, vide **old**.

**to be in authority.**

Authoritatem habere, obtinere, & poteſtatem habere
Ἐξουσίαν ἔχειν.
Tribuere alicui authoritatem magnam, vide **Eſteeme**.

**to augment, to increaſe, to multiplie.**

Exaggerare, Augere, Adjungere.
Ampliare, Adjicere, Augeſcere.
Attexere, Apponere.
Adnectere, Addere.
Accreſcere, Exaugere.
Multiplicare, Amplificare.
Ἐκτραγῳδίζειν.
Tragicè cum amplificatione narrare.
Quiritari.
Augmentare, Coaugmentare.
Locupletare, Aggerare.
**free from ſubſidie.**

Virtute tua conſecutus eſt, ut nihil, nullum fructum publicè penderet, ut vectigalis non eſſet, ut eſſet immunis, ut ex eorum numero qui publicè aliquid penderent eximeretur, nihil publicè ſolveret, ut eſſet expers onerum quæ publicè imponuntur, ut nullam pecuniam in commune conferret, ut publicis oneribus vacaret, ut tributum perſolveret.

**free from trouble.**

Nunc quidem Dei gratia vacuus moleſtiis, ſine moleſtia, cura, ſollicitudine ſum, procul abſum
Nulla meum animum paulo moleſtior, gravior, acerbior, exagitat, vexat, perturbat, commovet, afficit cogitatio
Fruitur animus meus tranquillitate
Bene eſt, tranquille eſt, commode eſt, quies eſt, pax eſt
Tranquillitas eſt animo meo
Animo ſum ab omni moleſtia ſoluto, vacuo, libero longe ſejuncto
Dei benignitas me omni moleſtia exemit, liberavit
Ab omni moleſtia vindicavit, eripuit, disjunxit

**freely without diſſembling, even as I think &c.**

Ingenuè, Liberè
Ἁπλῶς, ἐλευθέρως
Ex animo, Citra fucum
Renudatis animi penetralibus
Recto pectore, Aperto pectore
Vera fronte, Simpliciter
Citra diſſimulationem
Rotundo ore, Turo

**a freedome**, vide **refuge and Village.**

**Freſh**, vide **New**

**to fry**, vide **Roaſt.**

**a frying pan.**

Sartago, Frixorium
Patella τήγανον
Frictorium, φρύγετρον

**friendſhip, amity Good will.**

Amicitia, φιλότης
Familiaritas, φιλία
Benevolentia, εὔνοια
Neceſſitudo, Uſus
Converſatio
Notitia pro familiaritate nonnunquam ponitur
Sicut & Charitas à Cic. pro amicitia, & benevolentia, ac conſuetudo pro intima quadã familiaritate ponitur.
Limen pro amicitia, ut exponit Servius in Ver. Hinc, limine pelli, limine ſubmoveri
Eliminari, excludi, **To be thruſt out.**
¶ Vetus amicitia quæ ab ipſis prope cunabilis unà cum ætate accrevit, **old acquaintance.**

**a friend, and acquaintance.**

Amicus
Familiaris, Conjunctus
Benevolus
Charus
Quicum bene convenit
Neceſſarius



Neceſſarius ſeu potius pluraliter
Neceſſarii, amici, & quibus uti familiariter ſolemus
Conjunctiſſimus
Juratiſſimus, Plin.

**a great Friend.**

Quicum haud vulgaris intercedit amicitia
Arctiſſimo, ſanctiſſimoque neceſſitudinis fœdere copulatus
Affixus lateri alicujus
Neceſſitudinis nexu tenacius aſtrictus
Quicum neceſſitudo intima atque arctiſſima
Eſt ſingulari in me benevolentia
Conſuetudine junctiſſimus, quicum maxima familiaritas intercedit
Alicui toto pectore deditus, **a hearty Friend.**
Certus, fidus amicus, proverb.

**to be friends, or to uſe ones friendſhip, familiarity.**

Uti quapiam familiaritate
Habere arctiſſimam vel amplam cum aliquo neceſſitudinem
Summa alicui familiaritate conjungi
Amicitiam bene vinctam habere
Uti conſuetudine
Conſuetudine, amicitia devinciri
Complecti aliquem familiaritate arcta
Continuam cum quopiam fovere familiaritatem
Intercedit mihi cum aliquo familiaritas maxima, cum quo mihi uſus multus

**to Get, to make Friends.**

Contrahere familiaritatem, amicitiam, benevolentiam
Conjungere, ἑνῶσαι
Devincire ſibi aliquem amicitia
Inire amicitiam
Adſciſcere amicitiam
Jungere ſe alicui fœdere amicitiæ
Inſinuare ſe in amicitiam, familiaritatem alicujus
Emereri amicos
Amicitiæ fores aperire
Jungere amicitias, familiaritatem
Officiis provocare, benevolentia allicere
Familiaritate devincire, implicare
Dare, immergere, inſinuare ſe in conſuetudinem
Captare benevolentiam, gratiam
Magni viri conflare amicitiam, familiaritatem
Amicitiam conciliare
Conciliare, jungere ſibi aliquem fulvo munere, id eſt, auro
In fœderis ſocietatẽ trahere
Amicitiam parere, gignere
Gratiam alicujus ſequi, eſt amicitiam ambitioſius captare, ambire, apud Cæſar.
Sic gratiam quærere, aucupari, inquirere, apud Cic.
Et ſimiliter gratiam acquirere, conſequi ad eundem
¶ Amicitiam confirmare, firmiorem reddere, conglutinare, connexa ſibi pectora ſtrictiore adhuc commiſſura conglobare, Vide **to pacifie.**

**to breake or to undoe Friendſhip.**

Amicitiam diſſuere, ſcindere, violare, funditus evertere, deponere, extinguere labefactare, diſcindere
Solvere amicitiæ vincula
Amicitiæ teſſeram frangere, perfringere, labefactare
Scindere neceſſitudines ſanctiſſimas
¶ Inimicitias indicere, denunciare, ſuſcipere, gerere exercere, habere.

**the Fringes or borders of a Garment.**

Fimbriæ, κράσπεδα τά
Laciniæ, cæſuræ veſtium extremæ particulatim decoris gratia conciſæ, **fringes**, *Limbelli*
Periculamenta, *Limbi*
Limbuli φυλακτήρια
Extremitates oræ veſtium, ὤχθαι
Initia, **the hems or welts.**

**From henceforth.**

Deinde, ἔπειτα
Deinceps, ſub hæc
Dein, ἐντεῦθεν, *Exin*
Poſt, Poſtea, Poſteaquam, **after, afterwards, after that.**
Ubi, dum, At ubi, Simulac, Ut ſimulatque, **as ſoon as**
Ὡς δὲ τάχιστα, Simul ut Tum, proinde, apud Virg.
Interpoſito, interjecto deinde temporis ſpacio
Mox pro eodem frequens, apud Plin.
Dehinc pro deinde, apud Sal
Secundùm cum accuſativo, pro poſt, frequens eſt
Secundùm eam pugnam
Poſtea, multis labentibus annis, **a great while after.**

**to be Frozen.**

Gelari, apud Juven. Congelari
Gelaſcere παγῆναι
Congelaſcere, κρυσταλλοῦσθαι
*Durari glacie*, λαγυροῦσθαι
Gelu conſtringi, aſtringi, durari
Denſari frigore
In glaciem converti, Glaciari
Aſpe-

Aſperitate hyemis denſari. V d. **to wax hard.**

**to frowne**, vide **to looke Sowrely.**

**froward, Crabbed, Wayward**

Difficilis, δυσάρεστος
Δύσκολος μεμψίμοιρος
Moroſus, Querulus, Severus,
Queruloſus, Gravis
Moleſtus, Perverſus
Triſtis, Oneroſus
Cilicum moribus utens
Βδελυξόμενος, συγγεής
Inſuavis moribus
Αὐθέκαστος, κακοβόλος
Homo ſuorum morum
Expers ſenſus communis
Suis moribus, ſuo quodam inſtituto vivens
Difficillimis moribus
Intractabilis
Quem ne beſtiæ quidem ferre poſſent
Quem non tollerent centum Ægyptii
Injucundis, aſperis moribus
Et proverb aliter Leberide ſcabroſior vel aſperior
Thymbra victitans
Echino aſperior
Totus Echinus aſper
Et præpoſterus, perverſus homo

**a fruitfull, a fertile or battle ground.**

Terra ferax, Fœcunda
Optima, Luxurioſa
Καρποφόρα
Omnium ferax, Fructifica
Fertilis terra, pinguis, divites, frugifera, Læta, alma
Omnipara tellus. Sol. de Creta inſula. Larga vitis, mira ſoli indulgentia, aibi racii proventus abundantes. Idem de India, anno bis æſtatem habet, bis legit frugem
Ager Rhæticus bonis frugibus opimus & ferax. idem
Solum divitem fœtum proventuum effundens, præfœcundum
Præpinguis, uber gleba, Fructuoſa
Fructifera καρπόφορος
Lætiſſimum latifundium
Tellus, ager ubertatis inexhauſtæ
Πάμφορος
Terra, ager reſtibilis, πολύκαρπος
Reſtibilem fœcunditatem adferens
Terra benigna, pro feraci, & fructus abundè reddente, apud Plin. ita de Ægypto loquente, Nulla eſt benignior tellus, nullus ager feracior
Arbor vel tellus bifera, quæ bis fert fructum, ſementem
Fructum edere, καρποφορεῖν
Fruges fundere, fructificare, fructum ferre. **To bring forth fruit.**
Dare fœcunditatem terris
Uberare, fœcundum, uber facere
Πιαίνω. **To make fruitfull**

**fruitfullneſſe, v. de fertility**

**to take fruition**, vide **to Enjoy.**

**full. Repleniſhed**

Plenus, Diſtentus
Repletus, Refertus
Satur, Tumidus
Tumidis navigare velis, **to ſaile with full ſails.**

**funeralls, Solemnities at ones Buriall.**

Funeralia. Sacra funebria
Juſta exequiarum, apud Cic.
Supremi diei celebritas
Exequiæ. Officium funebre
Parentalia olim dicebantur & juſta funebria, Feralia
Νομιζόμενα ὅσια
Parentationes
Et inferiæ, apud Virg. pro ſacrificiis quæ Manibus, umbris vel inferis à veteribus ſolvebantur
Ἐπικήδεια
Feralis pompa, i. exequialis, quæ cadaveri offerendo exhibetur
Et cultus feralis pro funebri & lugubri
¶ Epicedium, Threnodia, Carmen funebre
¶ Epicedium, Threnodia, carmen funebre, exequiale, Ovid.

**to keep a great funerall or Buriall.**

Juſta celebrare, ſolvere, perſolvere perhonorifice
Juſta funebria, honores funebres agere, peragere, regio ſumptu
Funebre officium exequi
Mortualia ſolvere officia
Exequias facere, ſeu celebrare, peragere
Celeberrima parentatione peragere funus, funeris exequias
Exequiari etiam dicitur
Καθαγίζειν
Supremas exequias ducere dare, Solum
Parentare parentibus
Exequi uxorem defuncti Plaut.
Inferias facere, ſolvere
Funus ſatis amplum facere, Cic.
Juſta facere, conficere magnificè, Saluſt. Ferre dona Sepulchro
Τὰ νομιζόμενα ποιεῖν
Vita defunctis juſta ſolemni more facere, exolvere
Ferre ſuprema alicui
Et Cineri ingrato ſuprema ferebant, apud Virg.
Dare intra umbris
Defuncti manibus parentare

Funu



Funus magnificum, amplum honorem deducere
Ducere pompam funebrem
Inſtruere pompam
Ire, prodire in pompam funebrem
Funebre officium, funus ceremonias funerales agere, celebrare, **to keep a Buriall.**
Proſequendo exequias honeſtare apud Ambroſ.

**a Funerall.**

Infundibulum χώνη
Opichys
Colum pro eodem.

**Fury**, vide **Anger.**

**Furious**, vide **Mad.**

**Furthermore, beſides all this, Alſo, Moreover.**

Quin, quinetiam, Nunc, Jam
Tum ad hoc, πρὸς τούτοις
Ad hæc, εἰς τοῦτ', Etiam
Super hæc omnia, Item, Itemque
Præter hæc, & hæc Præter, Itidem
προσέτι τούτοις inſuper
Denique, ultra
Preterea vel.
Ἐπειδή, Similiter, Tum
Porrò, autem, deinde, Jam vero
Eòdem pertinet
Sed pene exciderat
Neque vero, te Nepræterea, Cic.
Quod ad reliqua pertinet
Age vero
Πρὸς τούτοις
Accedit his, Accedit ad hæc
Huc accedit, Huc pertinet
Supereſt
Reliquium eſt, Huc tendit
Huic confine eſt, non diſſimile
His affinitimum eſt. Vide **Moreover.**

**G**

**to Gad, and Jet up and down.**

Volitare & vagari in foro Cic.
Hac illic ſtare & circumcurſare, curſitare

**a Gaſe.** vide **Piſton.**

**to Gain, to win, to profit**

Facere lucrum & reportare
Frugem accipere
Capere, facere emolumentum & decerpere
Facere rem, frugem
Parare compendium
Referre Fructum haud contemnendum
Demetere Commoditatem
Colligere utilitatem, ex re multum frugiferâ, quæ commodo, uſui, emolumento ſit.
Maximè operæ precium facere in re aliqua
Fructus ſat uberes copioſoſque metere.
Colligere fructus non paucos
Non mediocrem utilitatem comparare
Capere fructum, Cic.
Magnorum meorum laborum multarumque vigiliarum fructum cœpi maximum, utilitatem maximam
Amplo fœnore compendium facere
Augmentum inportare
Vectigal magnum alicui adferre
Vectigal facere
Luculentam colligere merſem
Facere, capere meſſem, profic ere
Facere profectum
Fructum percipere, capere
Adipiſci, comparare commodum
Utilitatem adferre
¶ Commodis ſervire, conſulere
Circa emolumenti meſſem vigilare, **to gape after profit and gain.**
Proſpicere ſibi
Sui rationem ducere
λόγον ἔχειν
Suis ſervire commodis
In futurum, in poſterum conſulere.
Rei familiari ſuadere, ſervire, **to ſeek his own profit**
Habere rationem rei familiaris, quam delabi ſinere flagitioſum eſt, ut ſcribit Cicero.

**Gain, Winning Profit, or Vantage.**

Lucrum, κέρδος
Lucellum, diminutivum
Κερδύριον, Compendium
Emolumentum, Fructus
Fœnus, Quæſtus, Uſus
Uſura, Aucupium
Impendium pro eodem, apud Varronem.

**a Gammon, or a flitch of Bacon.**

Perna fumo indurata
Coxa ſuilla fumoſa, Petaſo
Petaſunculus diminutivum apud Juvenalem, πτέρνα
Succidia, **a flitch of Bacon**

**to Gape, to Chinke or Chap.**

Findi, Diffindi
Aperire, Hiare
Dehiſcere, Patiſcere
Hiare æſtu, ariditate, humus ſeu flores dicuntur

Agere

Agere rimas.
Deduci rimis
Ducere rimas, apud Ovid ū tenui rima fiſſus apud eundem. Hiulcare, Catullus.
Dum gravis exuſtos æſtus hiulcat agros
¶ Hiulcum, nimió calore deductum.

**the guard of a prince, as the Queens guard.**

Stipatores, Apparitores.
Faſcium bajuli, ῥαβδοῦχοι
Somatophylaces, Liburni
Satellites pedeſtres.
Doryſeri a ferendis haſtis.
Latrones & laterani olim, quod principū ſtiparent latera vocabantur, qui nunc latrones à latendo dicuntur, Lictores.
Equeſtres corporis principis cuſtodes Archeros vulgo vocant ab arcubus quos olim in equis ferebant, unde regi us A ciger i appel lare ſuri & Latinius, ſicut Græcis ἱπποτοξότης, defendendi cauſa principem ſtipantes, circumdantes ex quo Sagittarii, apud Cæſ. li. V. de Bello Afric. Cum ſagittariis ac funditoribus, hippotoxotiſque compluribus.
Quadruplatores
Delatores, Emiſſarij
Emiſſitii, Exploratores, Corricei, idem ferè. **eſpiers, or ſpies,** Ωτακουσής.
¶ Latus ſuum armatis hominibus ſtipare
Se militari manu ſepire, **to have a Guard.**
Satellitium poſt ſe trahere, centurias.
Satellitium militare ad corporis tutelam, ſui cuſtodiam adhibere.
Δορυφορεῖν
Obſequentibus ſtipari cuneis
Factionibus armatorū ſuccingi, Aſcel.
Stipatus agmine armato. ū, telis multis
Armatus ſicarijs.

**a Gardiner.**

Hortulanus, Cuſtos hortorū
Horti curam habens.
Κηπωρὸς & κηπευτὸς.

**a Garland,** vide **a crown.**

**a Garment.**

Veſtis, Veſtimentum
Indumentum, Amictus
Ἱμάτιον, Crotōa genus veſt's
Chiridota, **with long ſleeves.**
Ralla **a bare or torn coat**
Victus appellatione etiam veſtis continetur, ut ait Ulpianus
A ea veſtiaria, ἱματοφυλάκιον
Veſtiarium vulgus vocat.

**to Gaſpe, Gape, or yawn**

Oscitare, χασμᾶσθαι.
Os totum aperire, cō movere
Diducere os.
Oſcitare, apud Ciceronem legitur.
Facere rictum, Hiare, χαίνειν

**a Gaſping, Gaping, or yawning.**

Oſcitatio actus ipſe, nempe inteſa oris apertio χάσμη
Pandiculatio toto corpore fit, quando brachiis extenſis pedibuſque porrectis, os diducimus, quod vitii plerunque poſt ſomnum diurnū, præq; laboris tædio, ſubrepere ſolet
Et verbum pandiculari.
Σκορδινᾶσθαι, extendere ſeu protendere mēbra cum oſcitatione & capitis gravedine.

**Gates,** vide **Doors.**

**to gather things together, to aſſemble.**

Colligere, Corradere
Coadunire, Conjungere
Conglomerare, Compellere
Congerere, Cumulare.
Accumulare, Acervare
Conflare, Contrahere
Coacervare, Cogere,
Ἐπαγείρειν
Congregare, Corrogare
Acervatim cuncta congruere
Undecunque comparare
Acervum parare
Centuriare, apud Plaut.
Per faſque nefaſque congerere
In unum conferre.

**to gather, to aſſemble, to come together in a place.**

Convenire, Coire
In unum locum convenire
Congredi, Congregari
Συνέρχεσθαι
Venire in unum, Virg.
Confluere in aliquem locum
Convolat populus, Terent.
Facere concurſum, in unum locum currere
Glomerare, contrahere, compellere
Animi gratia circumvolitare
¶ Comitia habere
Agere cum populo, **to call the people together.**
Concire, convocare multitudinem obſcuram
Vocare cætum, concilium
Corrogare cætum proximorum, Soli.
Vocare, convocare ſenatum

**Gelded.**

Spado, Eunuchus
Εὐνοῦχος, Semivir
Caſtratus, Eviratus.

Exectus



Exectus, ἐκτομίας
Capus vulgo dicitur, cui teſtes ſunt execti, teſticuli amputati
Thlaſias, θλαδίας, qui attritis eſt teſticulis
Diſtingunt Grāmarici Spadonē & Eunuchum, ſed differentia ſine robore eſt.

**to Geld.**

¶ Execare teſtes ἐκτέμνειν
Virilia reſecare, Exidere
Ἀπευνουχίζειν, Evirare
Emaſculare, Caſtrare
Spadonē, eunuchum facere

**a General of an Army,** vide **a Captain.**

**Gentle, Civil, Courteous.**

Humanus totus, Civilis
Urbanus εὐτράπελος
Facetus, εὔμολος
Comis, Lepidus
Facetiis fluens, abundans
Facundus, Anthropelinus
Habens leporem in verbis
Modeſtus
Moribus integris
Moribus feſtivis, ac citra gravitatis detrimentum amœnis
Modeſtiam præ ſe ferens inauditam
Nihil faſtus præ ſe ferens
Candidus, integer, ſine fuco,
Gratiarum alumnus
Apertus homo, Hilare ingenium.
Feſtivi & amœni ingenii
Rara præditus humanitate
Ad omnem humanitatem propenſiſſimum habens animum
Mira gravitate conditā præ ſe ferens comitatem morumque civilitatem
Comitate convictus facilitate, facetiſſimis colloquiis, atq; omniū honeſtiſſima morūm probitate quoſvis præcellens
Homo urbanitatis ac facetiarum artifex
Leporum ac facetiarum diſertus puer., Catul.
Homo jocis ac leporibus concretus
Inſatiabilis larva nugarum
Lepore, jocis, ſalibus, undiq; refertus
Vafer tamen vitia tangit, & admiſſus circū præcordia ludit. Horat. & Perſ.

**Gentry,** vide **Nobility.**

**Gentleneſs,** vide **courteſie.**

**Gently, Benignly, favourably.**

¶ Benignè, Amicè
Comiter, Populariter
Candidè, Sincerè

**to Gueſſe by divinations what will happen, to Propheſie, to ſhew things to come.**

Augurari, Divinare
Vaticinari, Præſagire futura
Augurare, Prophetare
Prædicere, Præſignificare
Augurare, Futura prædicere
Προφητεύειν, φιλομαντεύειν
Ominari, Augurem agere
Ariolari
Aruſpicium agere, facere de cœlo ſervare
Prodere ingruentia
Canere, apud Virgilium
Babylonicos numeros tentare, & genethliacorum more divinare
Futura ſignificare, aperire
Ex conjecturis prudenter collocatis colligere
Conjicere
Eventura fata dicere
Ventura præcinere
Oraculum edere
Tanquam de ſpeculo futura prævidere conjectura proſpicere
Perendinum ventū præſcire præſentire
Deſtinare oculis furē, apud Curt. pro certis quibuſdam indiciis oculorum, furem denotare

**to Gueſſe, to judge by ſuſpition.**

Conjicere, Conjectare
Divinare μαντεύεσθαι
Conjectura aſſequi, conſequi, proſpiſcere, perſpicere, cognoſcere
Colligere, Cogitare
Interpretari.

**Geſters,** vide **fooles,**

**to Get, to obtain.**

Conſequi, Adſequi
Ἀφικνεῖσθαι, Impetrare
Ferre, apud Terent.
Nanciſci, Adipiſci
Quærere, Parere, Potiri
Adipiſci pro eodem, Plaut. à quo frequentativum li depto, apud Varronem
Conquirere, Acquirere
Obtinere, Lucrari Eblandiri
Exorare, Blanditiis impetrare
Surripere cum dativo perſonæ, per falſam ſeu mendacem narrationem aliquid impetrare, extorquere à principe vel ſenatu
Impetrare, exprimere, extorquere.
Parare, Comparare

Con

Conciliare, tam in bonum quam in malum
Contrahere
Conflare cum dativo perſonæ, & accuſativo rei conſtructa

### to get or to earne his living.

Conquirere victum, Quærere
Quæritare, vivere ex re aliqua
Exercere ſumptum ſuum opere ruſtico faciundo, apud Terentium in Heaut
Lucrari victum
Ob exiguum id, ut in certum lucellum per omnia maria volitare, transcurrere, undis ac ventis vitam committere
Maximis ſudoribus, innumeris vitæ periculis ſectari, quærere lucellum
Undique lucella venari
Cibum per ignem quæritare & per ſaxa
E flamma cibum petere

### to Get a good name, to become Famous.

Nominis ſplendorem, bonam famam, nomen adſequi
Clareſcere, εὐδοκιμεῖν
Magna cum gloria & gratia ad ſummam amplitudinem pervenire, apud Cic.
Crebeſcere, percrebeſcere, increbeſcere
Bene paſſim audire
Enitere, & eniteſcere metaphoricè
Gloriam adſequi
Altius emergere
Celebrem fieri
Divulgari, Probus haberi
Creſco, id eſt honoratior fio
Bonæ ſum famæ

¶ Summam rebus bellicis referre gloriam, acquirere famam
Bellica induſtria, morum integritate, honeſtis ſtudiis gloriam conſequi immortalem
Prorogare nominis famam
Spargere famam
Nomen adipiſci, augere, conſequi
Lucubrationibus ingentem parare famam
Moribus egregiis mortalem extendere famam
Egregiam laudem ferre apud Virg.
Gloria ſuperare invidiam
Parare, captare famam, gloriam
In exiſtimationem venire
Exiſtimationem accipere
Rebus geſtis inclareſcere
Fama pulſare polos, & ſydera laude
Nomine per univerſum orbem inclareſcere
Colligere admirationem ſui, exiſtimationem, famam
Famæ januam, ſeu aures hominum patefacere
Quærere nomen per Gallica regna Hiſpaniamque, Tagum, &c.
Quærere famam egregiis factis, rebus bellicis, eruditione, virtute, literarum ſtudiis

### to give, to beſtow.

Dare, διδόναι, δοῦναι
Largiri, Tribuere
Præſtare, Præbere
Conferre, Concedere
Offerre, Donare
Impendere
Impartiri, vel impartire
Dono dare
Accumulare donis
Largiſſimo ſinu, plena manu effundere
Munera libare

Condonare pro dare, dativo, vel accuſativo jungitur
Mittere pro donare, apud Virg.
Scribere pro dare, apud Horat.
Reſcribe decem Nerio

### to Give niggardly.

Dare manu contracta, ſeu parca, apud Horat. pro parcè, vel frigidè aliquid dare

### to Give in waſte.

Dare in ſumptum, apud Terent.
Omnia cōferre in commune
Dare ut inſumatur in convivium, vel compotatiunculam, pro quo barbari dicunt dare in antipodio

### to Give over, vide to Yield himſelf.

### the Holy Ghoſt.

Spiritus ſanctus
Flammifer ſpiritus
Sacrum pneuma, ἅγιον πνεῦμα
Flamen ſacrum, almum
Spirabile numen
Flatus vivus
Halitus, afflatuſque Dei ſacer. Eraſ.
Paracletus, i. conſolator
Myſticum ſpiramen, in hymno natalis Domini
¶ Afflatus ſpiritu ſancto, almo flamine
Illuſtratus ſacro lumine
Divinitus afflatus
Θεόπνευστος

### a Giant, vide Stature.

### a Gibbet or Gallows.

Pa.



Patibulum, ἴκριον
Crux, σταυρὸς
Græcum Π
Furca, φοῦρκα
Gabalus, apud Varronem, pro patibulo. Stipes
Lignum in ſacris literis pro eodem
Trabs excelſa, in libro Eſther

### Gifts, or Benefits, Preſents.

Munera, Munuſcula
Dona, δῶρα, Præmia
Data pro donis in ſacra Scriptura
Xenia, Xeniola, Beneficia
Lautia, Latinè
Liberalitates
Eulogiæ εὐλογίαι
¶ Munere, beneficio afficere, to beſtow a benefit.
Conferre beneficium
Donare munere aliquem
Dare donum, vide to beſtow a benefit.

### Guilefull, vide Crafty.

### Guilty, Wicked.

Reus, Noxius
Facinoroſus, Criminoſus
Peccator, Labe reus
Obſeſſus culpis
Vitiis contaminatus
Suſtinens culpam
Delictorum mole obrutus ac ſepultus
Mole ſeu pondere peccatorum preſſus, oppreſſus
Nefandiſſimus, ſceleratiſſimus
Maximus peccator
In vitiorum luto & ſentina immerſus
Conſcientiam occulta peccatorum reatu obſtrictam tenens.

### Guiltleſſe, vide Innocent.

### a Gin, a Trap, a Snare.

Laqueus, Pedica, Trica
Compes, Involucrum, Decipula
Tendicula, Venabulum, vide Traps.

### a Girdle, a Belt.

Baltheus, vel Baltheum
Σφραγὶς, Zona, ζώνη.
Cingulum, ζώνιον
Cinctorium
Cinctus ſubſtantivum
Strophiū in hymno palmatū
Corrigia, Lorum

### Glad, merry, Joyous, delectable, cheerfull.

Hilaris, ἱλαρὸς
Alacer, Jucundus.
Lætus, εὔθυμος
Serena ſeu explicata frons, a glad Countenance.
Frons defecata
Frons generoſa, hoſpite digna

### to be Glad, Merry, Joyfull.

Lætari, exhilareſcere
Exporrigere frontem
Καὶ πρόσωπον ἀνίημι
Plaudere, Jucundari
Jucundus ſum, εὐθυμήσομαι
Variè afficior
Jucunditate perfundi
Cum amiculis ſe recreare ſavibus
Operam dare rebus ludicris
Virg. Solvite corde metu, ſecludite curas
Tempus jucundum agere
Curam animo expellere, eruere, eximere
Multi fabula plena joci
Levare pectora litis ſollicitudinibus
Munera jucunda
Excutere animo ſollicitudinem omnem
Ferri lætitia vel differri
Dare ſe jucunditati
Geſtire, Ovare
Canere ad veteres verba jocoſa modos
Ovationem agere
Relaxare animas, & dare ſe jucunditati, Cic.
Gaudere, exultare, Triumphare
Diffundere animos, frontem utrumque, apud Ovid.
Alacri animo eſſe, Jubilare
Εὐθυμεῖν, Suſtollere manus
Hilarem hunc ſumamus diem
Lucentem hunc habeamus diem
Hodie modo hilarem facere, Terent
Hilariter vivere

### Gladneſſe, Rejoycing, Delight, Pleaſure.

Voluptas, Gaudium
Lætitia εὐθυμία, τέρψις
Εὐθυμοσύνη, Oblectamen
Oblectamentum, Oblectatio
Jucunditas, Delectatio
Delectamentum, Delectamen
Delinimen, Delinimentum
Delicium & deliciæ in plurali, quæ nobis voluptati ſunt, ſicuti Amores Latini appellant rem quæ maximè oblectatur, quæque nobis velut in deliciis ſunt.
Vocis jucūditas ac alacritas
Res eſt arbitrio non dirimenda meo

### Gladly, Willingly.

Ultro, Sponte, Libens
Libenter, Cupidè, Avidè
Maximè Spontaneè
Vehementer, vide Willingly.

to

**to make Glad and Joyous, to Recreate, to Refreſh, to Delight.**

Voluptatem adferre
Apportare gaudium
Oblectare, τέρπειν
Volupe eſſe, Delectari
Grata gaudii dulcedine penetrare, Intimis præcordiis
Recreare, Hilarare, Exhilarare
Lætificare & ri deponen.
Εὐθυμεῖν, ἱλαρύνειν
Juvat imperſonale in tertia perſona cum accuſativo
Delinire voluptate
Lætum facere
Delectamentum conciliare
Afficere lætitia, Reficere
Gaudio perfundere
Parere lætitiam, & adimere mœrorem. Explere animum gaudio
Cumulare, accumulare gaudium
Jucunditate afficere
Parare animos, apud Ovid.
Eximere ſollicitudinem
Sollicitudinem ex animo amovere
Uberiore lætitia animum opplere
Anxiis curis animum liberare
Divino quodam nectare perfundere
Animos revelare dolore
Delibutũ gaudio reddere, Terent.
Multijuga voluptate animum delibutum reddere
Incredibili quadam lætitia perfundere. Oblectamentum præſtare
Capere quoque pro magis afficere & oblectare, Ovid. Factum mirabile ceperat aures
Pictura capit oculos
Allice e animum, res ſi qua dicitur, quæ oblectat
Oblectare lumine
Læta corda vel animum aliqua re paſcere & oculos
Jucundo pruritu titillante aures

**Glorious from a Child.**

Inflammatis ad gloriam à puero fuiſti
Jam inde à pueritia gloriæ ſtudio atque amore flagraſti, ſpectaſti gloriam ante omnes res à primis annis
Tibi erat gloria omnium rerum antiquiſſima, in animo erat, in oculis erat, in amoribus erat, in deliciis erat. Vide Proud.

**Glory, vide Honour, Praiſe.**

**Glue, Sodder**

Gluten, Glutinum
Κόλλα, ἰξὸς, Viſcus, Cic.
Bitumen, media producta
Ferrumen, apud Plin.
Viſcum in neutro genere, Col.
Lithocolla, ſtone-Glue.
Ichthyocolla, mouth Glue.
Glutinoſa mollities

**a Glutton, a Gully gut, a Ravenour or devourer, a great Eater.**

Cibi pernicies λαφύστης
Helluo, Gluto, Epulo
Edo, onis. Gurges, Mando,
Ganeo, apud Juven.
Immenſam habere gulam
Gulæ parens
Guloſus venter
Ingurgitator, Gnathus
Paraſitus, Lurco
Edax & bibax, Vorax
Profundæ, intempeſtivæ, ſordidæ Gulæ homo
Gatillo, onis, Inſatiabilis
Inexplebilis, Ligurio
Comeſtor. Gulo
Phago, Nepos
Comedo, onis, Liguritor
Apitius, à Romano quodã nobili, admodúmque guloſo
Cutem alens, Prover.
Barathro, βάραθρος
Aſini mandibula
Gaſtrimargus
Manduco & Manducus
Qui etiam Batillum devoraret
Heterognathus ἑτερόγναθος, ob voracitatem alternatim utraque mandibula cibum commandens
¶ Infarcire corpus
Diſtendere ventrem, aqualiculum
Explere ſe. Vide to Fill.

**Gluttony, Ravening.**

Ingluvies λαγνεία
Gula, Guloſitas
Intemperantia, λαιμαργία
Crapula, Voracitas
Gaſtrimargia per g in prima ſyllaba
Abdomen pro vitio ventris ac gutturis, quam guloſitatem vulgo vocant, frequenter ponit Cic.
Ille gurges natus abdomini ſuo

**Gluttonous, Ravenous.**

Guloſus, Intemperans
Gaſtrimargus, Lurco

**to Gnaſh, to grinde the teeth.**

Fremere, Frendere
Βρύχειν, Labra mordere
Os diſtorquere
Dentibus ſtridere
Mates criſpare

**to goe or to walke.**

Ire,



Ire, Vadere, βαδίζειν
Πορεύεσθαι, Pedare
Tendere iter, viam
Tendimus in Latium
Concedere, Terent.
Concede hinc domum
Iter capere, facere, mereri, aperire
Gradiri, βαίνειν
Greſſus ferre, vel inferre
Carpere viam
Incedere pro ſimpliciter, ire, apud Livium
Concedere ad dextram Terent.
Moliri iter, apud Poëtas.
Ambulare, pro iter facere, apud Cic. ad Att.
Premere humum

**to Goe away out of his Countrey.**

Recedere, Commeare in aliam regionem
Totum percenſuit orbem
Se dare in viam, viæ committere
Abire ἀπονοστεῖν
Iter ingredi, Inire viam
Cedere patria, urbs, pro diſcedere, Virg.
Invitus regina tuo de littore ceſſi
Patrios relinquere fines
Abſcedere, Diſcedere
Dedere, Sarcinas colligere
Digredi, Secedere, Solvere
Accingere ſe itineri, ſe ad iter
Alium locum petere
Abire urbe
Talaria induere, proficiſci
Avolare in aliquam regionem
Migrare, Auferre ſe
Moliri iter, apud Poëtas
Iter inſtituere, ingredi
Aliò ire, ſe recipere
Peregrè longinquas inviſere terras
Conjicere ſe in provinciam ultimam
Commovere ſe, pro abire ſeu diſcedere, apud Cic.
Concedere, apud Terent & Livium
Ἀναχωρεῖν
Corripere ſe inde, to get him from thence.
Credere ſe nocti, Ovid.
Noctu iter ingredi
Concedere aliquò, apud Cic.
Faceſſere, apud Nonnium
Rus jam proficiſci
Abripere ſe, apud Eraſ.
Itineri ſe committere
¶ Poſtico decedere, ſeſe ſubducere inſciis aliis, furtim abire, to ſlip away.
Poſtico fallere, Horat.
Abire fœtore relicto
Abire, diſcedere hoſpite inſalutato
Αὐτομολεῖν, without taking his leave.
Pro quo Cæſar. in Commentariis dixit,
Non conclamatis vaſis abire

**to Goe back.**

Retrogradi, Retroire
Regredi, Recedere
Excedere terris
Remeare, Plin. Iter remetiri
Si patrios unquam remeaſſem victor ad agros
Converſis recurrere equis
Revocare gradum, ſuperaſque evadere ad auras
Refugere, Tergiverſari
Repedare, Imitari nepam
Retrocedere, Revocare
Referre pedem ac retrahere
Gradum, pedem retro ferre, Virg.
Pedemque refert quaſi tactus ab ungue. Sene. Audax virago non tulit retro gradum, vide to recoile.

**to Go about, to attempt.**

Conari, Moliri
Affectare aliquid
Niti, eniti
Patrare, Sudare
Satagere, Operam dare.

**to Goe forward.**

¶ Procedere, progredi
Addere gradum, Plin.
Gradum promovere
Inire
Cœptum peragere curſum

**to Goe to bed, or to ſleep.**

Petere quietem
Seram dare membris quietẽ Virg.
Concedere cubitum
Dare ſe ſomno, quieti ex labore
Quieti ſe tradere
Aſcendere, conſcendere lectum
Ad quietem componere ſeſe
Soporifero componere membra grabato
Laſſos artus componere cubili
Molli condere membra thoro
Conferre ſe dormitum
Componere ſe lecto
Capeſſere nocturnam requiem
Componere ſe ſomno, deponere caput
Defeſſa thoro membra reponere

**to Go in, vide to enter.**

**to Go out or forth of Doores.**

Efferre pedem, excedere
Migrare loco
Pedem efferre, Exilire
Prodire, Procurrere
Educere ſe foras
Proripere ſe ex ædibus ſuis
Egredi, Exire domo, tectis
foribus, &

foribus, limine, laribus, templo

vide to Goe forth or abroad.

## to Goe on pilgrimage.

Peregrinari, ἐκδημεῖν
Foris agere
Peregrinari Romam, Hieroſolymam
Religionis ergò terrâ marique peregrinari
Omnia terræ ſancta loca inviſere, perluſtrare, perreptare
Pietatis ſtudio ad terram ſanctam peregrinari
Peregrinationem ire, inire votivam, Eraſ.
Vacta, vota ſolvere, perſolvere

## to Goe round about, to compaſſe about.

Circumire, Luſtrare
Obire, Obambulare
Ambire, Oberrare
Circinare, Gyrare

## to Goe out of the way, to Erre, to wander, to ſtray away.

Errare, Palare, Aberrare à via
Decipi errore locorum
Vagari, Oberrare, ὀβεμπάζειν
Divagari, Circumambulare
Incerta ſede vagari
Decertare, Declinare à via
Deflectere è recta via
Τῆς ὁδοῦ ἐξελαύνεσθαι
Surſum ac deorſum per orbem vagari
Ire per devia
Surſum deorſumque curſitare
Sparſim ac diſſolutè civitatem obire palando
Pecudum more pererrare avia, Claudi.

## to Goe a tiptoe.

Tollere, ſuſpendere gradum
Summis pedibus ingredi
Summis pedum digitis
Suſpenſo gradu ire, incedere, placido.
Ἀκροποδητί
Ἐπ᾽ ἄκρων ὀνύχων
Ἐπ᾽ ἄκρων δακτύλων
Summis pedum articulis unguibus ingredi

## to Goe limping.

*Ire pede incerto*
Ægrè pedibus ingredi, Columel.
Ferri pede incerto, apud Horat. pro ire caſabunde, i. crebro cadendo. Vide ſtumble.

## to Goe over or beyond.

Tranſilire, Tranſcendere
Tranſilire, Tranſgredi

to Goe to law, vide to plead.

Goe to, vide well then.

## Goe and be hanged.

Vel ſimile quid exitium vel perniciem imprecando
Ire, Abire in malam rem, in malam crucem
Ἐς κυνόσαργες
In maximum malum, in rem maximè malam
Ire paſtum corvos, ἔρρειν ἐς κόρακας apud Ariſtophanē
Ire ad furcas, ad Græcum Ἴθ᾽
Ἐς κόρακας περιβάλης
Ἀποφθείρεσθαι
Et imperativus φθεῖρε
I in malam rem
Abi quo dignus es
Quin tu abis in malam peſtem, malumque cruciatum, apud Cic.

Auferre in Macariam, Proverb.
In oriculū incidas, proverb.
Ἄδου [illegible]

in Gobbs or morſels, vide Peece-meal.

a Goblet, vide a Cup.

## God Almighty.

Deus, Omnipotens Pater
Conditor, fabricator mundi
Cœli ſceptra tenens
Vaſti conditor orbis
Cuncta ſuo qui numine torquet
Numinum Rex, Cœlicola
Superum rector
Cœleſte numen
Supremi regnator Olympi
Opifex rerum
Qui temperat orbem
Celſa Deus ſedet arce, ſceptra tenens
Deus maris & terræ tempeſtatumque potens
Rex magnus Olympi, hominumque deumque
Cœli genitor
Qui totum nutu tremefacit Olympum
Qui regit ætherei radiantia ſydera cœli
Pater altitonans
Omnium rerum autor, creator, conditor, opifex, artifex, effector

## the God of the Sea.

Neptunus, Æquoreus Deus
Jovis frater qui regnat in æquore
Jovis frater qui tumidis regnat in undis
Rector pelagi tricuſpide telo
Cui ſunt æquora ſorte tradita
Cui prima furentem fudit equum magno tellus percuſſa tridenti
Nep-



Neptunus vaſti cui parent æquora ponti
Et quicquid magni continet unda maris
Neptunus motor aquarum
Ambitumque ſuo circundat æquore terram
Deus qui concitat æquora, terras
Neptunus tenens abdita littora terræ
Æquoreus pater
Rex pelagi, Ponti
Rector arenoſi æquoris, qui terras gurgite quaſſat humum
Qui quatit immanes fluctu telluris arenas
Profundi æquoris domitor
Cui imperium eſt pelagi, ſævumque tridens
Deus maris & tempeſtatum potens
Domitor maris alti
Concita qui ventis æquora mulcet
Qui imo ciet æquora fundo.

## to give God thanks.

Gratiari Deo, Gratias agere
Gratiam perſolvere, Cic.
Qui ſancti, qui religionem colentes, niſi qui meritā diis immortalibus gratiā juſtis honoribus & memori mente perſolvunt?
Grates agere non ſolum poeticum, ſed etiam oratorium, Cic.
Et grates tibi ago ſumme ſol, vobiſque reliqui cœlites
Gratulari pro gratias agere, apud Terent. in Heaut.
Gratulari Deo

## to praiſe God.

Confiteri Deo
Magnificare Deum
Δοξάζειν τὸν Θεόν
Glorificare, δοξολογεῖν.

## to take God to witneſs

Deum conteſtari, obteſtari quod Græci una dictione ἐπιθειάζειν dicunt
Quem nihil latet Deum teſtem adhibere
Deum teſtari, teſtem facere vel invocare, in teſtem citare, vocare
Seu ut ait doctor Tharſenſis Μάρτυς γάρ μου ὁ Θεός

## God ſave you.

Salve, χαῖρε, Salve plurimū ſi
Salutem tibi precor
Optamus tibi ſalutem & omni proſpera
Salvus ſis
Salve multum, plurimum, etiam atque etiam, iterū atque iterum
Salus tibi
Salus plus millies
Salvere te jubeo
Salvum te eſſe gaudeo
Opto tibi ſalutem plurimā, fœlicitatem perpetuam
Ave, Bene ſit tibi
Salva ſit tua dignitas
Salva ſit tua majeſtas
Salva ſit tua præſentia

## God be your ſpeed, or God ſave all.

Fœliciter cedat
Fœlix ſit exitus
Bene ſit καλῶς ἔστω.
Mercurio dextro, ἀγαθῇ τύχῃ.
Fœlices adſint ſuperi
Σὺν δὲ θεοὶ μάκαρες.
Furor divinus aſpiret, adſit
Divinum auxilietur numen
Sine ope divina nihil haud dubium valeamus
Superi faveant
Fœliciter cadat, exeat
Fors faveat, apud Terent.
Proſpere ſuccedat, Proſpere contingat
Sit fœlix aut fauſtum
Auſpicatum ſit
Omnia proſperè cedant
Superi fortunent.

## God ſend you good luck.

Dii ſecundent pro voto omnia
Numina aſpirent
Benevertat Deus
Lætis auſpiciis, optimis ſucceſſibus, bonis avibus, læto omine exeat
Lætis & fauſtis multorum ominibus
Ex voto, ex animo, ex animi ſententia ſuccedat
Proſperos rerum omnium ſucceſſus largiatur Deus
Benè, lepidè, proſperè, pulchrè fœliciter procedere, cedere, ſubſidere
Evenire ex ſententia
Succedere rectè
Res ſucceſſit opinione melius
Lepidè hoc ſucceſſit ſub manus negotium, Plaut.
vide God proſper your doings.

## God willing, with the help of God.

Si *Deus* cœptis annuerit
Si Deus volet
Si fas mihi detur ab alto
Si ita Superis viſum fuerit placuerit
Diis adjuvantibus
Favente Chriſti numine
Divini numinis providentia
Deo favente, annuente, aſpirante, volente, juvante Deo

Deo bene fortunante
Divino accedente auxilio
Θεῶ θέλοντος.

**Godly, vide Devout**

Religioſus, Pius, Devotus
Religioni deditus
Religionem colens
Pietate inſignis, conſpicuus præclarus, gravis
Quo juſtior alter non fuit
Morum & vitæ labe carens
Caſtus, Sanctus, εὐσεβής.

**Gone, vide Paſt.**

**Good, Honeſt.**

Bonus, Probus, Præſtabilis
Frugi, Bonæ frugis
Integer, Juſtus.

**Good morrow.**

Sit tibi fœlix hujus diei exortus
Precor ut ſol hic tibi fœlix ſurrexerit
Proſperitatis plurimum adferant ſibi emergentes ſolis radii
Faxit Deus ut hic dies tibi candidus illuxerit, ut eſt apud Eraſm.
Candidum tibi precor hunc diem
Bonus dies
ἀγαθὴ ἡμέρα
Sit hæc dies tibi fœlix fauſtaque
Opto tibi diem iſtum lætum & bonum.

**Good even.**

Bonus veſper, ἀγαθὴ ἑσπέρα
Bonum ſerum, non ſero, ut vulgus ignarum ſolet.

**a Good name.**

Nominis ſplendor, gloria, claritas, celebritas
Εὐδοξία [illegible]
Nomen bonum
Fama bona, inſignis, celebris
Æſtimatio bona
Laus, Gloria
Nomen multum, amplum, clarum, celebratum
Famæ celebritas
Vivere gloria & laude ob virtutem, to have a good name.

**much Good do it you, vulg. brevius, much Good it you.**

Proſit, ſit ſaluti
Sit ſalutare, ſalutiferum, Reſp.
Suſcipio lubens
Gratum habeo
Excipio animo lubentiſſimo, I thank you.

**the Good man of the Houſe, vide a Houſholder.**

**Good for pain, ſickneſs, as a remedy for diſeaſe.**

Præſens, vel præſentaneum adferre remedium
Conducere
Non vulgariter conferre
Medetur, ἰᾶται
Eſſe pro concedere, apud Terent.
Euphorbiæ ſuccus proficit ad ocularium claritatem, Solin.
Levare dolorem, dyſenteriam, febrim, morbum, podagram,
Soli. de lapide quodam; Pulſis calculis, renum dolores ac veſicæ levat
Subvenit, Remedio eſt cum dativo conſtructa
Sedare dolorem
Profligare morbum
Medicari cum accuſ.
Multum valere, pollere
Efficaciam habere
Caſtigare, valere
Emendare, Corrigere.

**own or proper Goods.**

Peculium, πεκούλιον
Res privata, propria, ſua cujuſque
Res domeſtica, peculiaris, familiaris
Meum abſolutè.

**a Good turn or benefit.**

Beneficium, Meritum
Officium, Donum
Munus, Beneficentia
Humanitas

**Goldſmiths.**

Aurifices, Aurarii, Aurifabri
Argyrocopi, Fabri aurarii
Sicut ab argento Argentarii, argentariam exercentes i. nummulariam
Aurare, deaurare, inaurare, χρυσοῦν, to Gild.
Sculptor argenti, Monetarius, a Coyner.

**to Govern, to Rule.**

Gubernare
Regere imperio populos
Imperii frœna tenere ſui
Cohibere, frœnare
Temperare, Præſidere
Præeſſe, moderari
Regna, Sceptra tenere
Premere ditione
Latè regere per orbem viribus
Sceptris potiri
Dominari, Vide to be a Lord.

**the Gout.**

Arthetica, ſeu potius arthretica, ab ἄρθρον, id eſt, articulus; & Arthritis, idis
Arthretici cruciatus
Morbus articularis, Arthreſis
Articulorum tortura, dolor, cruciatus
Illius morbi ſpecies ſunt, Chiragra & Podagra: Inde podagricus, & podagroſus, pedibus podagroſus, laborans podagra
Podagræ ardens doloribus, apud Cic.
Arthricus ἀρθρικὸς, & articularius ſubſtantivè, qui eo morbo laborat.

**a Gown.**

Tunica talaris, demiſſitia
Veſtis fluxa, laxa, longa
Ad talos uſque demiſſa, ſeu promiſſa veſtis, tunica
Veſtis liciniosa, laciniata
Poderis med. prod. cujus fit mentio in Apoc. ποδήρης

**Gracious, vide Courteous.**

**a Pen.**

Stylus, Graphium, γραφεῖδιον γράφιον. Quibus in cera, in tabulis ſcribitur, penna, calamus, quo in papyro, in membrana ſcribitur.

**Grain, vide Corn.**

**Grey Colour.**

Cineritius, Cinereus color, præſertim ſi ad albedinē vergat: vulgò dicitur, Millers gray.
Frizeus, tametſi à pleriſque uſurpetur, apud probatos tamen authores vix invenias.
Gilvus, a, um, κιῤῥός

**Gray-Fryers.**

Seraphici, Gaudentes
Coletæ, Caputiati
Minores, Obſervantes
Fratres de obſervantia, ſeu potius de obſervatione, ut ait Valla
Franciſcani, Chordigeri
Nudipedes, Funigeri,
Minoritæ, & Minimorum genus novum nuperrimè repertum
Calopod ati, funibus cincti

**a Grape, or a cluſter of Grapes.**

Uva σταφυλὴ, Botrus
Βότρυς, Botryo, Botryon
Uva Appiana, quæ à Columella Muſcatella dicitur, Muſcadel grapes
Vinum Appianum vel paſſum Muſcadel.

**to Gratifie.**

**to Grave, to Carve, to Intaile, to Cut.**

Imprimere, Incidere
Inſcribere, Inſculpere
Incidere in æs vel in ære
Ἐγγλύφειν. Cœlo, as are
Perſcribere pro eodem apud Cic. ad At. 2.

**a Grave, or a Tombe.**

Sepulchrum, σῆμα, τάφος
Monumentum, Buſtum, Urna
Cippus pro ſepulchro ponitur
Templum pro ſepulchro, apud Virg.
Taphus
Tumulus, Sarcophagus
Spelunca, Tumba
Τύμβος, Loculi
Mauſolæum penultimâ producta quia per diphthongum ſcribitur, a tomb of an honourable perſon. A Mauſolo rege Cariæ primo ſic dictum
Fumuſo conditus cinis cado
Sedes pro ſepulchro, Virg.
Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcam
Capulum pro ſepulchro ponitur
Lacus, in Sacris
Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum
Funus apud Virg. pro ſepulchro
¶ Tumulum facere, componere.

**a Grave-maker, or he that carrieth dead bodies to their graves, and dreſſeth them with ſpices.**

Veſpilio, Pollinctor
Νεκροφόρος, [illegible], [illegible]
Libitinarius
Sandapilarius
Defunctifer.

**to grant ones requeſt.**

Poſtulatis, precibus annuere
Petitioni, poſtulationi, votis ſubſcribere
Pro te mea verba valent ac tetigêre Deum
Precibus benignum impartiri aſſenſum
Preces tangunt, valent, pondus habent
Voto paratis auribus annuere
Audire preces, pro exaudire, apud Ciceronem.
Ne apud te caſſæ ſint preces quæſo, Vide to heare gently.

**gently, and deſire.**

### Great or mighty.

Ingens, Magnus
Μέγας Immanis
Immenſus
Immodicus
Summus, Vaſtus
Maximus, Trabalis
Grandis, Arduus
Vehemens, Validus
Inexhauſtus, Innumerabilis
Innumerus, Infinitus
Interminatus
Inſanus, apud Cic. & Plin.
Turpe caput bovis
Pergrandis, & Prægrandis
Decimanus vel Decumanus
Colloſſeus & Colloſsicus
Abnormis, enormis, **Great and unhandſome.**
Vegrandis, **not very Great.**

### to be Great with Child.

Geſtare uterum; Geſtare in utero
Ferre uterum, κυοφορεῖν
Ferre ventrem, apud Livium
Utero ingraveſcere
Prægnare, ἐγκυμονεῖν
Prægnantem eſſe
Gravidam eſſe
Ἐν γαστρὶ ἔχειν, in Evang.
Gerere uterum, apud Gel.
Ventrem gerere
Ex clandeſtino concubitu uterum ferre
Gravis utero
¶ Imprægnare, prægnantē, gravidam facere concubitu, compreſſu, **to make with childe.**

### Greatly, vide Much.

### Greeks or Grecians.

Græci, Graii, Argivi
Argolici, Achivi, Achai
Grajugenæ, Ἀχαιοί
Argei, Iacides, Attici
Pelaſgi, Danai, Dorici
Quanquam à diverſis & locis & provinciis deducantur, pro Græcis tamen indifferenter ponuntur ab authoribus
Palliati præterea Græci vocantur à palliis quibus utebantur

### Green colour.

Viridis, Χλωρὸς
Praſinus, media correpta
Πράσινος, Porraceus
Topazinus
Smaragdinus, Soli. de Smaragdis Scythicis, virent ultra irigua gramina, ultra amnicas herbas
Ærugo, **Verdegreaſe.**
Color hyali, i. vitri, hoc eſt viridis, in 4. lib. Geor. Virg.
Herbidus color & herbeus pro eodem, apud Plin.

### to Greet or ſalute.

Salutare, ἀσπάζεσθαι
Dicere ſalutem, ſive imprecari vel nunciare.
Εὐτυχεῖν ἐπιφωνεῖν.
Dare ſalutem Plautus, Venienti des ſalutem
Salutem plurimam alicui impertire
Jubeo ſalvere te
Multam ſalutem meis illi verbis anunciato.

### to Grieve, to vex.

Urere, apud Terent.
Uro hominem, i.e. facio illi ægrè
Ægrè cuiquam facere
Vulnerare animum, mentes, ſenſuſque. Mordere
Offerre acerba, Terent.
Vexare, facere dolorem, Cic.
Cruciare. Et gravare, **to ſuffer grief.**
Torquere, Pertorquere
Pungere, Repungere
Angere, Afflictare
Conflictari per Metaph.

### Grief, Pain, Woefulneſs.

Dolor, angor, cruciamentum
Cruciatio, Cruciatum
Pœna, Paſſio
Ictus, Acerbitas.

### to Grieve, to Let, to Hinder.

Faceſſere negotium, ἐνοχλεῖν
Moleſtiam inferre, vel anxietatem
Moleſtum eſſe, Gravare
Obtundere queſtionibus
Moleſtare, Perturbare
Παρενοχλεῖν Quatere
Interturbare, Turbare
Exhibere negotium vel moleſtiam
Moleſtias addere. Terent.
Circumvenire difficultatibus
Scrupulum injicere
Moleſtia afficere
Renovare dolores
Enecare Metaph.
Nullum facere moleſtandi finem
Obtundere aures alicujus graviter
Conflictare cum malo, Terent.
Mala aliquem frangere dicuntur
Infeſtare, Inquietare
Interpellare. Conficere
Parum in tempore interpellare
Negotium interrumpere
Seriis negotiis occupatum interpellare

Quo



Quo pede cœpiſti ſic benè ſemper eas
Facere infeſtum vel habere
Cruciare, Excruciare
Torquere, Obturbare
Irrequietum alicujus animum exagitare, impedire
Impedimento eſſe
Impedimentum objicere
Ob rem nihili in turbas pertrahere
Excitare incendium, periculum creare. Obolere, Metaph.
Demere, tollere, auferre, levare moleſtiam. **To put away ſorrow and grief.**

### to Grieve one, to make one penſive.

Injicere ſcrupulum, ſollicitudinem, curam
Conficere alicui ſollicitudines
Dividere animum cura dicitur, hinc animum in diverſa rapere, ut nunc hoc, nunc illud cogitet, & mente volvat, Poetæ. Diverſæque vocant animum in contraria curæ
Anxium reddere, addere, facere
Anxium in diverſa pertrahere animum
Sollicitare, malè habere, affligere torquere animum domini, mentem heri, cura, res, negotium alicujus rei dicitur
Angere, diſcruciare, ſollicitum habere vel reddere
Triſtitiam ſecum trahere
Sollicitudinem ingerere, adferre
Cura afficere, vel conficere
In curarum ergaſtulum, altiſſimū pelagus detrudere, aliquē præcipitē dare, **to put in trouble.**
¶ Contra, Scrupulum alis cui ex animo eximere, evellere

### to have Grief or heavineſſe

Tædere, Tædium habere
Tædio ſeſe enecare
Miſcentur triſtia lætis
Male urere, Pallivè habere
Cordi diros ictus inferre.

### Grievous, troubleſome.

Moleſtus, Gravis
Tædioſus, Intolerabilis
Impenſus, Plaut.
Ingratus, Minimè acceptus
Ἐπαχθής, ὀχληρός
Acerbus, Infeſtus
Infenſus, Amarus
Oneroſus, Contrarius
Odioſus, Importunus
Obſiſtens, Adverſus
Reſiſtens, Pervicax
Ærumnoſus
Maxima in ipſius vultu ſunt ſigna dolentis
Clauſum pectore vulnus habet
Duros animi tolerare labores, ferre
Multum moleſtiæ, negotii, faceſcens, vide **heavy.**

### Grim, vide Rough and Cruell.

### a Grocer, vide Apothecary.

### the Ground, vide Field, and Earth.

### a Ground full of Buſhes and Brambles.

Dumetum, Rubetum
Senticetum, Lumetum
Locus ſpinis obſitus, vepribus veſtitus, frutetum
Fruticetum, Vepretum
Spinetum, apud Plin.
Sciendum autem quòd ejuſmodi nomina in etum finita, ſunt derivativa, ſignificantque primitivorum copiam & quaſi ſylvam quandam

### to Grow, to flouriſh.

Vigere, Vegetare,
Florere, Floreſcere
Valere, Pingueſcere

### to Grudge or Repine at, to murmure againſt.

Obſtrepere, ἀνταγωνίζεσθαι
Recalcitrare ſermonibus
Obloqui, Obgannire
Contradicere Admurmurare
Obmurmurare, γογγύζειν,
Submurmurare ὑποφθέγγεσθαι
Reſponſare, Opponere
Occinere Strepere.
Submiſſa voce loqui
Ἀντιλέγειν, ὑπολέγειν,
Submuſſitare, Reniti
Obſtrigilare, Obacerare
Reclamare, Refragari
Contrarium dicere
Replicare vulgò dicitur
Submiſſim expoſtulare, ut eſſe ſervorum erga Dominos vide **to murmur.**

### a table Gueſt.

Aliena ſectari prandia
Myconiorum more ſe conviviis ingerere
Menſarum aſſeclæ
Aliena vivere quadra
Tibicinis vitam agere
Αὐλητοῦ βίον ζῆν
Lautè quidem, ſed alieno vivere ſumptu
Inſtar muſcæ vel muris, alienâ delectari menſa
Hinc vulgò, Umbras vel Cœnipetas vocamus, **Smell-feaſts.** Qui Græcè



αὐτό

αὐτόκλητοι, μυῖαι, ἄλλοι τελεσταί, αὐτοκέλευθοι, dicuntur qui non vocati, ſed ventris cauſa aliorum ſe ingerunt conviviis, ut paraſiti
Convivam, umbram ducere σύνδειπνον ἄγειν
Umbrā adducere, apud Eraſ.

**Guilfulneſſe**, vide **Subtilty**.

**Craftineſs and Falſhood**

**a Gulph, a Swollow, or a bottomleſſe pit.**

Voragines
Βάραθρα, Barathra
Profunditates immenſæ
Altitudines aquarum
Abyſſi, ἄβυσσοι
¶ Altus, profundus **Deep**.

**a Gullygut**, vide **Glutton**.

**Guns**, vide **Artillery**.

**Gun-powder**

Sulphur nitratum
Pulvis tormentarius
Pulvis nitratus, nitrarius
Salpetri, Salnitrum, **Saltpeter**.

**a Gun-ſtone, or Pellet.**

Globus bombardæ, globus tormentarius, ferreus, ſaxeus
Sclopæ, glandes plumbeæ ſphærulæ, plumbæ, plumbatæ minores ſunt, **ſmall pellets**.

**Gutters, Chanels, Conduits, or Cocks.**

Imbrices, Imbrica, Canales
Ὀχετοί, Canaliculi, Stylobatæ
Aquagium & Aquæductus, **water-pipes**.
Tubi & Tubuli, Græcè dicti Siphones, ſiſiphunculi, Salientes, apud Vitruvium, cæci ductus, exiguæ fiſtulæ ſive aquæductus, κρουνοί, vel potius fiſtularum capita
*Maſti*, ubera fiſtularum, apud Caſſidorum

# H

**a Hackney-horſe.**

Sturco, onis, m. g. Plin.
Equus meritorius, mercenarius, conductitius
Equi vectigales

**a Halbard.**

Bipennis, Rumigiſtus
Halaberda apud Eraſ. omnium ferè apparatorum & ſtipatorum Principum eſt in uſu
Securis Amazonia vel Romana.

**a Halter** vide **a Rope**.

**at hand, before the doore or gate, in preſence.**

Pro vel in foribus eſſe
Ἐπὶ θύραις
Περὶ τὰς θύρας εἶναι
Inſtare, Adeſſe
In proximo eſſe, vide **to approach**.

**it is in your hand**, vide **power**.

**a handkerchiefe.**

Strophium, ſecundum Vallam
Sudarium, Sudariolum
Reticulum, à Cic. vocatur
Panniculus à nonnullis pro eodem ponitur, ut panniccellus
Panniculus emunctorius
Pannus, apud D. Hieron.
Linteolum, ῥάκος λινοῦν.
Strophiolum, apud Eraſm.
Ἡμιτύβιον, apud Pollu. pro ſudario utrinque fimbriato
Pannuletum, apud Varronē

**handſomeneſſe, Faireneſs, Comelineſſe.**

Forma, Pulchritudo
Formæ præcellentia, dignitas
Venuſtas, Specioſitas
Species. καλλονή
Κάλλος εὐμορφία
Decor, ōris, producta

**to hang, to tie up.**

Agere in Crucem vel in cruciatum apud Saluſt
Cruce afficere, ornatius quàm Crucifigere
Ligno ſuſpendere
Tollere in Crucem
Omnes eadem tractare pertica, **To hang them all together**
Efferre in crucem
Suſtollere in altum ſtipitem
Affigere, ſuffigere cruci, σταυροῦν
Crucifragio, lexum furcis ſuſpendere
Frangere alicui gulam
Dedere, dare cruci.

**to hang himſelf.**

Laqueo vel inedia ſibi conſciſcere mortem ἀπάγχεσθαι
Dare ſe in laqueum
Facere ſe penſilem

Ad



...longam ex ſe facere literam, Plaut.

**to be hanged.**

Laqueo vitam finire
Animam laqueo claudere
Patibulo ſuffigi, adfigi
Collum, guttura laqueo ligare
Aptare vincula collo
Suſpendi, In reſte mori
Implicare colla vinculis
Suſpendio interimi, perire
Laqueo fauces innectere
Sublime putreſcere, Comicus
Elidere fauces laqueo
Nihil intereſt, an humi an ſublime putreſcam
Ilguttur per laqueum
Strangulare ora
Claudere vocis iter
Præfocare animæ viam
Appendi, ſuſpendi in patibulo, in cruce, Agi in crucem
Patibulum veſtire
Configi in ligno
In arbore vitam ponere
In crucem ſubigi, ſuſtolli
Abſtuliſſe nobis Johannem crux dicitur.

**a Hangman, he that executeth men condemned, or putteth them to death.**

Lictor ſeu lorarius, à ligando ſic dictus, ſolebant enim lictores, Conſulis miniſtri, primum Virgis vinctum reum cædere, deinde ſecuri ferire
Carnifex, quod carnes ex homine faciat
Ἀνδρεχος αἰδ εχος
Miniſter publicus, quem δήμιον Græci vocant. Tortor
Spiculator, ξιφοφόρος
Quæſtionum, id eſt, torturarum præſes
Pœnarum exactor
Agere carnificem, facere carnificinam Plaut.

**Happy**, vide **Lucky**.

**to Happen by chance to come to paſſe.**

Uſu venire, Contingere
Accidere συμβαίνειν
In rerum naturam cadere, pro interdum accidere, Quintil.
Obtingere, Evenire
Cadere, Cedere
Non omina cedunt ſecunda, Cæſar.

**Hard.**

Durus, σκληρός. Aſper
Saxeus, Lapideus, Ferreus
Chalybem & adamanta citius emollieris quàm illius animum
Adamantinus
Ferri & chalybis vincens duritiem
Ἀδαμάντινος. Proverb.

**Hardly**, vide **not Lightly**.

**Hardneſſe.**

Durities
Duritia robuſtiſſima, invicta. Sol. de Crocodilo
Tantæ firmitatis, duritiei cutis, ut ictus quovis tormento adactos repercutiat
Idem de tauris Indicis: Tergi duritiā omne telū reſpuunt

**Hardy, one that can well abide or indure any paine.**

Patiens inediæ & algoris
Patientiſſimus laborum
Indefatigabilis
Cujus corpus ad omnem laborem occalluit
Socratis callus, Proverb.

**to wax or become hard.**

Indureſcere, Indurere
Dureſcere
Tranſire in teſtaceam duritiem
Durum fieri, ὑποτραχύνεσθαι
Concreſcere, Condenſari
Lac vel aër concreſcit

**hardy**, vide **Bold**.

**to hearken diligently.** vide **hear**.

**a harlot**, vide **whore**.

**to keep harmleſſe**, vide **to Recompenſe**.

**a harpe, a Lute.**

Contari, Explorare
Inquirere, pro ubique quærere
Ἀμφιζητεῖν
Omnibus veſtigiis indagare
Ad vivum reſecare, proverb.
Diligens facere ſcrutinium
Exactiſſimum facere examen
Altiùs rimari & expendere
Severiter examinare
Ἀκριβάζειν diligenter indagare, explorare
Cenſuræ ſubjicere
Altiori indagine diſcutere, perſcrutari
Venari, artificio & ſolertia quadam quærere
Odorari ſagacius, & deguſtare convivam, apud Cic. utrumque pro callidè & clam explorare quid habeat animi
Alicujus actus inſidioſa explorationis arte venari
Expiſcari, elicere animi ſententiam
Omnia ſecreta eximo eruere ſtudioque quærere

**to Inſtruct, vide to Teach.**

**to inſtalle, vide to Grave.**

**to Interlace, to ſet between, as a day or a year.**

Interſerere, Intercalare
Interponere
Unde. Annus emboliſmalis ſive biſſextilis aut biſſextus nomen habet, in quo dies intercalatur, quæ ἐμβόλιμος ἡμέρα, dicitur Græcis, i. Dies intercalaris

**to Interrupt, to diſturbe one that is ſpeaking.**

Loquentem interpellare
Interſtrepere
Sermonem abrumpere
Impedire, obſtrepere
Interfari, in ſacris literis
Ἐγκόπτειν, Græcè καὶ ὑποβάλλειν
Interloqui
Interpellare ſermonem inſtitutum
Obturbare loquentem, pro interpellare
Turbare vel interturbare aliorum ſermonem
Interpolare, pro eodem
Interrumpere aliorū verba
Non audire quò rem deducere velit
Et apud Terent. Sine me pervenire quò volo, hoc eſt, ut abſolvam quod cœpi dicere
Et Eraſm. in Moria Audite quò rem deducamus
Loqui priuſquam alter ſua perfecerit verba



Muſica

Muſica interfecta in proverbiũ abiit, pro ſermone interrupto ab interveniente.

**Intent, vide Purpoſe.**

**an Interpretation, vide Expoſition.**

**to Intice, vide to Allure.**

**to Intreat, vide to Pray.**

**that cannot be Intreated, vide Stiffe-necked.**

**to Intreat humbly, to beſeech, to requeſt.**

Supplicare ſubmiſſe alicui
Abjicere ſe alteri ad pedes
Abjicere ſe ſupplicem
Procumbere genibus flexis in terram poſito genu ante pedes alicujus
Amplecti, tangere pedes
Tendere genibus brachia, in crura manus
Submittere, Succũbere genu
Rogare veniam ſupplicem
Supplicem genibus proripere tellurem
Ante pedes volvi
Demittere cervicem
Venire ſupplicem.

**to Intreat, to obtain by Intreating.**

Exorare, Flectere ſuperos
Flectere lachrymis, precibus
Movere precibus
Precando, precibus conſequi
Placare, δυσωπεῖν
Perſuadere, Demulcere

**to Invade.**

Impugnare, Infeſtare armis
Bello petere, impetere
Infeſto exercitu irrumpere
Bello laceſſere, Infeſtare.

Hoſtiliter ingredi, invadere alterius ditionem
Arma movere
Bellum inferre vel arma
Excurſionibus infeſtare
Populabundè percurrere
Βιάζεσθαι, vide to aſſail.

**to Invent, vide to deviſe.**

**Inviſible, that cannot be ſeen.**

Inviſibile, quod aciem fugit
Quod oculorum fugit obtutum
Cic. Animus ſenſum omnem effugit oculorum
Sub aſpectu non cadens
Ἀόρατος.

**Inward parts of man.**

Vitalia, Præcordia
Viſcera, Exta
Penetralia, Inteſtina.

**Joyful, vide Glad.**

**to Joyn, to ſet together.**

Connectere, Committere
Jungere, Conjungere
Coaſſare, Coaptare, ἁρμόζειν
Accommodare, Concinnare
Componere, Colligare
Contexere, Compingere
Copulare, Combinare
Coagmentare, Conglutinare
Conſarcinare, Condere
¶ Adjicere, Adjungere
Annectere, addere
Adhibere, admovere
Aggregare, to put unto.
Conglobare, Glomerare
Conglomerare.

**a Joyning or ſitting together.**

¶ Compages, Compago, inis
Compactio, Compoſitio
Conſtructio, Syntaxis
Coordinatio, Connectio
Combinatio, Coagmentatio

**Junkets, vide Delicate meats.**

**to take a Journey.**

Iter facere, Moliri iter
ἔρχεσθαι τὴν ὁδόν
Facere profectionem, Caſ.
Itinerari, ὁδοιπορεῖν
Proficiſci, Iter capere
Tendere, Iter inſtituere
Pergere, in ſacris literis frequens eſt eadem ſignificatione
Iter, viam ingredi
Ἀποδημεῖν
Agere iter, viam
Habere iter
Conficere iter, via pulverulenta
Multa diebus ſingulis conficere milliaria
Dare ſe in viam
Surſum, deorſum currere ac recurrere, ultra citraque pervolare
Tenere iter, apud Virg.
Et, Quò nunc ſe proripit ille
Item, Quò te, Mœri, pedes?
Quò nunc iter tibi?
Transmittere maria, caput objectare periclis
Vilis lucelli gratia terra marique volitare
Per omnes terras ac maria volitare
Ultro citroq; commeare, to go and come.
Conferre & recipere cum accuſativo, intercedente præpoſitione in, ut contulit ſe in patriam: aut ſine præpoſitione, ſi accuſativus fuerit proprium urbis, ſeu civitatis; recipit ſe Romam, contulit ſe Venetias, vide to go away.

**to come to his Journeys end.**

Per-



Pervenire
Carpere locum deſtinatum
Tangere quæſitos penates
Quæ diu petiit, tangit arva
Advenit hoſpes ad urbem

**a Journey-man, a day labourer.**

Operarius, Ergaſtulus
Mercenarius, Ergaſter
Mercede conductus, μισθωτός
Conductitius, ἀεργός
Operam ſuam mercede elocans diurno.

**an Hypocrite, he that doth counterfeit holineſſe.**

Hypocrita, penultima cor.
Ὑποκριτής
Eruditus artificio ſimulationis
Simulator
Fucatus
Fuco ſanctimoniæ perſonatus
Venditans ſanctimoniam
Fucatæ ſanctitatis homo
Duplex animo, & corde
Fucatam, perſonatamque ſanctimoniam præ ſe ferens
Paries dealbatus, in Actis Apoſtolorum
Τεῖχος κεκονιαμένος
Sepulchrum dealbatum, Chriſtus in Evangelio vocat ſanctimoniæ ſimulatorem
¶ Hypocriſis, Simulatio virtutis
Venditatio quædam atque oſtentatio, Hypocriſie

**Iſſue of ones body, a Child.**

Propago, progenies
Soboles, proles, Liberi

**Italy.**

Italia, ab Italo rege
Italica terra
Latium, Auſonia
Heſperia magna vel major
Oenotria, à rege Oenotrio
Auſonis ora

**It is ſo.**

Ita eſt, ita ſe res habet, ſic eſt rei ſtatus, in hoc ſtatu res eſt, ejuſmodi res eſt, hoc loco res eſt

**to Judge, to give a ſentence, or Judgment.**

Cenſere, judicare.
Judicium facere
Sententiam ferre, dicere, pronunciare.
Damnare, Condemnare
Judicem agere.
Dijudicare
Cenſuram agere
Jus dicere, to pronounce the Sentence
De re ultro citroque diligenter cognita pronunciare, definire
Acre, exactum, præſens, conſtans judicium, ſententia, cenſura.

**to ſit in Judgement.**

Sedere pro tribunali
Rixas fori judiciarii dirimere
Roſtris præſidere
Præeſſe cauſidicorum ſubſelliis, foro judiciario
Cerdonum jurgia dirimere
Forum agere
Judicia exercere, apud Cic.
Ferre pro tribunali ſententiam

**to appeare perſonally in Judgement**

Judicium ſubire
Siſtere ſe tribunalibus
Comparere
Cauſam dicere
Se apud Judices tueri, purgare.

**a Judge.**

Judex, Prætor
Jura reddens, δικαιοδότης
Sedens pro tribunali
Καθεζόμενος ἐπὶ βήματος
Sententiæ lator
Rerum capitalium Judex, qui & Quæſitor appellatur, quæſitor
Judex maleficiorum vulgo dicitur, de latrociniis judicans, ſive latrunculator
the Recorder.
Prætor Capitalis

**the Judgement Seat.**

Judicii locus
δικαστήριον, Forum
Forum judiciarium
Forum judiciale
Tribunal, δικαστήριον
Judicium, conſeſſus

a

**after my Judgement, vide Meaning**

**a Jugler, he that uſeth crafty Conveyance.**

Geſticulator, Præſtigiator
Impoſtor, Pantomimus penult. Cor.
παντόμιμος
Circumforaneus
Pilarius apud Quintilianum
Gelaſinus, γελασῖνος
Circulator, quem Græci ἀγύρτην appellant, ſeu præſtigiatorem cum deceptione circumforaneum
Apuleius lib. 1. huiuſmo

modi præſtigiatorem populi frequentia ſtipatum mortalibus ſuas fallacias admirantibus, circulatorem vocat, dicens, Circulatorem aſpexi equeſtrem, ſpatham præacutam mucrone infeſto devoraſſe
Cyclicus ab Horatio vocatur
Impoſtor nugis ac ſtrophis captans quæſtum. Vide **Deceaver.**

**Juſt, Righteous.**

Juſtus, δίκαιος
Æquus, Rectus
Muneribus nequaquam corrumpendus
Incorruptæ æquitatis, juſtitiæ
Juſtitiæ oculis
Bochyris alter
Juſtitiæ trutinâ, ſtatera juſtior
Rectam ingrediens viam
Rectum tenens clavum
Æquum & bonum colere
Æquitatem ſervare

**Juſtice little ſet by.**

Pauci ſunt hac ætate, his temporibus, quibus juſtitia cordi ſit, qui juſtitiam colant, exerceant, curent, tueantur
Qui de juſtitia laborent
Apud quos juſtitia locum habeat, juſtitiæ locus ſit, qui ſe juſtos præbeant

**Juſtice is to be followed**

In omnibus actionibus noſtris, id ſolum ſpectare debemus, quid juſtitia poſtulet, ratio præcipiat, conſcientia præponat
Quid ſit juſtitiæ, quid rationi conſentaneum, quid cum juſtitia, ratione congruat, conveniat, conſentiat
Habenda juſtitiæ ſumma ratio eſt
Una ſpectanda juſtitia, nihil præterea
De una juſtitia laborandum
Sequi ducem juſtitiam debemus, agere cum juſtitia, juſtè, rectè, honeſtè
Honeſtum tuendum eſt ſolū
Noſtra conſilia, noſtras actiones ad unam juſtitiam referri decet
Juſtitiæ inſervire, juſtitiam exercere, ad juſtitiam incumbere debemus
A juſtitia minimè diſcedendum, recedendum eſt

## K

**to Keep, vide to Defend.**

**to Keep cloſe, vide to Cover.**

**Keep it cloſe, vide Beware, tell it no body.**

**to Keep in, or hold under.**

Cohibere, Coërcere
Domare, Frænare
Supprimere, Continere
Subjugare, Vide **Subdue, and tame.**

**to Keep a holy or feaſting day.**

Agere diem feſtum, ἑορτάζειν
Facere diem ſolennem, feſtum
Celebrare feſtum, diem feriatum, diem feſtum
Ἑορτὴν ἄγειν, ἱεροποιεῖν
Celebrare ſolennitatem
Facere ſolennitatem, apud Hieron.
Operam dare rebus divinis
Feriari, vel Quieſcere
Ἄγειν ἡσυχίαν
Celebrare memoriam, mortem ſanctorum
Labore & opere ſuperſedere

**to Keep from.**

Arcere, Defendere
Prohibere, Cohibere
Coërcere, Protegere

**It is better kept in remembrance, or longer Remembred.**

Altius inſidet vel inſidit mente
Tenacius inhæret animo
Altè ſedet animo quod primis diſcitur annis
In omnem uſque vitam hæret
Penitius cogitatione hæret
Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem Teſta diu, Horat.
Quod rudibus annis & per hoc tenacioribus primùm imprimitur, nulla vetuſtate poteſt deleri
Quæ teneris traduntur annis, & citius diſcuntur & tenacius retinentur
Cordi altius, intimius imprimitur
Penitius ac profundius in pectore reconditur, reponitur
Altius inſidet hominum animis
Facilius penetrat in animos mortalium
Acrius inſidet animis
Id perpetuò animo inhærebit meo
Herere in medullis, & includi in medullis, utrumque, Cic.

to



**to Kembe or trimme the haire.**

Pectere, Pectinare
πλέκειν, κτενίζειν
Pexare, frequentativum
Explicare capillum
Deducere crines pectine, Ovid.
Capillicullum comere
Pectine eburnea pangere
Fingere comam pro ornare
Pectinem ducere à Brechmate ad verticem, Caput mulcere

**a Kerchief for women, vide Hood.**

**a Kettle or Cauldron.**

Cacabus, κάκαβος
Caldare, Caldarium
Lebes, λέβης
Ahenum, χαλκεῖον
Ahenulum, Cumena

**to Kill or ſlay.**

Trucidare, Interimere
Multare morte, & neci dedere, apud Virg. utrunque
Exterminare, Necare
Afficere morte
Punire, Ulciſci
Vindicare, φονεύειν
Dare neci, letho, Virg.
Perimere, Occidere
Mactare
Mortem inferre, adferre, obferre
Vitâ ſpoliare, Luce privare
Exuere aliquem animâ
Vivorum eradere cœtu
Orbare aliquem luce, vita
Vitam animam, eripere
Morti dedere, Dare morti
Vitam eximere, vitam adimere
Interficere, jugulare
Jugulum ferire, to cut ones throat.
Configere, to thruſt through
Tranſverberare gladio facili ictu perforare
Mucrone latus exhaurire
Confodere
Defodere, Perfodere
Morte aliquem excipere
Sternere apud Virg.
Dare ſopori aliquem, Plaut. in Aul. to lay one aſleep
Enſe aliquem fundere
Premere, ſicut & Cædere pro interficere, utrumque apud Virg.
Auferre è vivis, è medio
Obvium quemque demetere, obtruncare, Conficere
Gladium in viſcera mergere apud Euſebium
Ferrum in fratris adigere viſcera
Ferrum in viſcera condere, Ovid.
Lethale ferrum in hominis ſtringere viſcera
Perdere, Unde vulgò precantur, Dii te perdant
Agere orco aliquem, poeticum eſt, quemadmodum mittere ſub tartara
Peragere apud Martialem pro Interficere
Cædem facere
Ultima ſupplicii animadverſione mulctare, percellere
Ultimo adficere ſupplicio, [illegible]
Obſidis unius jugulum mucrone reſolvit, Ovid.
Solvere vitam
Hoſtili ſanguine, hoſtium cædibus manus funeſtare, cruentare
Sanguine commaculare manus
Ab ipſa (ut aiunt) ſtirpe perdere, to kill the whole race.
Terram ore mordere, apud Virg.
γαῖαν ὀδὰξ ἑλεῖν, terram mordicus capere
Et apud Homerum, γαῖαν ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδας
Omnes mordicus ceperunt immenſum ſolum
Ad internecionem cædere, extinguere
Viduare civibus urbem
Tollere matrem, pro enecare
Lethiferum vulnus infligere
Supremum excutere ſpiritum
Extinguere
Facere cadaver, Cic.
E medio tollere, apud Cic.
Homicidium deſignare, ſeu patrare, to commit man-ſlaughter.
Cæde & ſanguine complere Chriſti cauſas
Cædem exercere, efficere, facere
Mortes agere
Cæde nefanda perfurere
Ferro deſævire, graſſari, metere infeſto
Cæde manum tingere
Dextras conſcelerare inſonti ſanguine, αἵματι χεῖρας μιαίνειν, Phocyl
Enſem tepefacere ſanguine
Maximam cladem facere, to murder cruelly.
Sub armis capere
Intolerabilem cladem inferre
Per haſtæ cuſpidem cogere

**to Kill himſelf.**

Conſciſcere lethum, mortem ſibi
αὐτοχειριάζειν ἑαυτόν
Mittere ſe letho
Enecare ſe, Orbare ſe luce
Cadit telis ipſe ſuis

Af-

Afferre manum ſibi, Cic.
παράγειν τῷ ζῆν ἑαυτὸν
Ipſa ſua concidit uſa manu
Invenire mortem ſibi
Scopulo ſe mittere ab alto
Abrumpere vitam
Veneni poculo animam exponere, Soli. de Hannibale
Seſe mucrone jugulare
Vitam rapidis ponere fluminibus

**a Killing of men, vide man ſlaughter.**

**a Kill, vide Oven**

**a Kindred, or Parentage.**

Connatio, Affinitas
Conſanguinitas, Parentela
συγγένεια. Propinquitas, vide Stock.

**of a noble Kindred.**

Genus inclytum
Pulchra origine natus
Parentela haud ignobilis
Genus ducere Olympo
Propago regia, imagines
Stemmata illuſtria
Domini de gente ſuprema
Splendor natalium
Præclara ſtirpe creatus
Claritas generis
Antiquitas generis
Inſignia, Claræ inſignia gentis
Locus nobilis & fama multis memoratus in oris, fama ſuper æthera notus
Famam extendere factis
Semper honos nomenque tuum laudeſque manebunt
Jam canitur toto nomen in orbe tuum
Nomen tuum immortale manebit
Qui magnum adeptus eſt nomen.

Magnum & memorabile nomen
Veteres ceræ, Imagines avitæ
Imaginum commendatio
Tituli, Statuæ
Claro ſanguine cretus
Famoſæ imagines, **of an old ſtock.**
Stemmata cognationum, apud Juriſ. vide **Noble Kindred.**

**to come of good Kindred or ſtock.**

Referre genus
Originem trahere, deducere
Trahere, ducere genus, à ſanguine divum
Τὸ γένος ἄγειν
Stemma deducere
Illuſtri prodire origine
Deſcendere de ſtirpe
Ortum trahere
Succeſſionem habere, ducere
Genus deducere
Diffundere genus, apud Virg.

**to go out of Kind, or to work diſhonour to his Kindred.**

A paterno degenerare inſtituto
Longius à majorum ſuorum exemplo digredi
Deflectere à patris avique præſtabili inſignique virtute, Cic.
Ab integritate morum paternorum labi
Degenerare, ἐκτρέπεσθαι
Majorum deſerere veſtigia
Non reſpondere probitati paternæ
Virtutem patris non æquare
Recedere à veſtigiis progenitorum virtuoſis
Soboles virtutibus orba parentis

Paternas haud cavere cautiones
Inurere nomini paterno ignominiam

**a Kinſman or Coſen.**

Cognatus
συγγενής, σύναιμος
Conjunctus ſanguine
Sanguinis vinculo & patriæ neceſſitudine conjunctus
Sanguine contingens, apud Suet.
Summa ſanguinis propinquitate devinctus
Ipſo ſanguis vinculo copulatus
Ἐγγενής, σύναιμος
Sobrinus, apud Terent.
Agnatus, Propinquus conſanguinitate
Proximus, Affinis
Conſanguineus
Junctus genere, ſanguine, ſanguinis copula
Quicum arcta mihi neceſſitudo ſanguinis intercedit
Agnato ſanguine propior, vide **Coſens.**

**to Kiſſe.**

Oſculare, Oſculum ferre, ingerere alicui, Suet.
Libare oſcula, Virg.
Pangere oſculum, ſuavium
Exoſculari, φιλεῖν, i. pregnantem eſſe
Imprimere oſculum
Labella labris conſerere
Deoſculari, φιλεῖν
Tollere oſculum
Dare baſium, ſuavium, Oſculum, Baſiare, impudicitiæ ſunt, Suaviari
Baſia jungere
Figere, infigere oſcula dulcia, Virg.
Oſcula carpere, rapere, ſumere
Oſcula accipere

Exci



Excipere mediis amplexibus
Dulces dare amplexus, Virg.
Ruere in amplexus
Diſſuaviari, apud Cic.
Amplexa dextra inhærere
Cupidè arctèque complecti
Ulnis ſtringere, **to Embrace**
Amplecti, Complecti
Amplectari, ἀσπάζεσθαι
Stringere colla blandis lacertis

**a Kitchin.**

Culina, Coquina vulgo
μαγειρεῖον, Popina.

**from the Kitchin to the Hall, or from a lower eſtate to a greater.**

De nihilo, ex humili, magna ad faſtigia rerum extolli, apud Juvenalem
In ſummam evehi gloriam
Obrepere ad honores
Operâ principum ad ſummos honores emergere
Ex miſeria ad ſummas opes tranſire
Ad ſummam dignitatem emergere, Eraſmus
Ex humili fortuna repente ad res amplas provehi, ſubvehi
Ex infima fortuna provehi
Auſon. Fortunam reverenter habe, quicunq; repente, Dives ab exili progrediere loco
Ex humili è ſumma emergere inopia, Crœſus ex Iro
A remo ad tribunal.
Ἀπὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα, proverbio dicitur, qui repente ex infimâ conditione provehitur ad honeſti muneris functionem

Evadere ad gradus altos, ad ſummi faſtigia culminis
Ex phelleo venire, prov.
Ab aſinis ad boves
Homo à ſe ortus
Novus homo. Huic confine, Ulyſſes pannos exuit, in quibus ſcilicet mendicum apud procos egerat
Videas etiamnum multos humili natos loco, adhuc nullis omnino fortunæ dotibus adjutos, ad eruditionis non ſolum faſtigium, verumetiam ſummas dignitates aſcendere. Claudianus. Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit in altum
¶ Contra, **from the Court to the Cart.**

**a Knave, a Slave, a Raſcall.**

Scurra, Triſcurra
Furcifer, Trifurcifer
Nebulo, Verbero
Maſtigia, Flagrio
Tenebrio, onis
Tenebrico, Niger
Scurra, apud divum Hieron.
Βωμολόχος, Circulator
Triverbero, piſtrino dignus
Necis pabulum, **Ravens meat**
Omnibus modis improbus
Ingenio malo pravoque, apud Sal.
Carcula, Calo
Imi deriſor lecti, apud Mart. pro ſcurra ponitur
Ulyſſis remigium, **a ſort of Knaves or Raſcalls.**

**to Knead dow.**

Depſere, apud Caton. δέψειν
Farinam ſubigere

Verſando mollire
Imbuere farinam fermento
Conſpergere farinam per aquam, conglutinare, in maſſam cogere, formare, compingere, **to make dow.**
μάττειν
Maſſa, farina ſubacta, Conſperſio triticea, **Dow,** ἄμαμα.

**to Kneel down, to make Courteſie.**

Genua curvare, incurvare, in terram figere flectere, ponere
γονατίζειν
Genua humi defigere
Poplites deflectere
Geniculare & Geniculari
Ingeniculari, apud D. Hieronym. in Eſdra.
Submittere genua pro flectere, Plin.
Genibus ſuccidere in ſermone, Max.
In genua dilabi
Genibus niti, inniti
In genua decumbere
Poplitem incurvare
Flexo terram petere poplite, Cic.
Illa mihi ad pedes miſera jacuit.
Inclinare, incurvare ſe
Corpus inflectere.

**to fall down at ones Knees, vide to proſtrate.**

**a Knife or Sword.**

Culter, Cultellus
Enſis, Machæra
Gladius, Gladiolus
Cultrum, μαχαίριον
Mucro in carmine
Cultellum, μαχαίριον
Item, Ferrum pro cultro, enſe

¶ No-

¶ Novacula, ξυρὸν
Culter tonſorius
Culter raſorius.

### to Knock one about the pate, vide Box one, &c.

### the Knot or Band of love, which cannot be undone, or unknit.

Amoris adamantinum vinculum
Vinculum arctiſſimum atq; indiſſolubile
Vulcanium vinculum, quo Martem & Venerem irretivit Vulcanus, ut ſcribit Homerus
ἄρρηκτος δεσμὸς
Vinculum inſolubile
Nodus Herculanus
Nodus inextricabilis.

### to Know, to make known.

Certiorem facere, reddere, ſignificare, aperire, exponere, explicare, demonſtrare: erudiri, inſtrui. Vide to Underſtand.

### to know full well, or right well

Tenere tanquam nomen, tanquam digitos, tanquã ungues, non latet ingenium meum
Certam alicujus rei habere memoriam
Habere in promptu, ad digitos ungueſque ſuos, condita mente tenere.

### Know your ſelf, Conſider what you are.

In te deſcendas
Ad defectus proprios mentem reflecte
Deſcende in animum, pectus
Tecum habita, ut noris quam ſit tibi curta ſupellex, ut eſt apud Perſium.
Tuo te pede moduloque metire. Horatius
Noſce teipſum, γνῶθι σεαυτὸν
Intra pelliculam tuam te contine
In tuum ipſius ſinum expue
Propria cæde vineta
Tua vitia, teipſum, inſpice
Nec te quæſiveris extra, apud Perſ.
Pectoris tui penetralia diſcute, ſinum perſpice

### you know well enough, vide not Unknown.

### to know no way out of his tale.

Quem exitum, quem finem inſtitutæ orationis expedire, imponere poſſim non reperio, non video, aut quo fine eam claudere, abſolvere, perficere queam

### you know my minde.

Mea conſilia plane tibi nota ſunt
Tenes conſilia mea, animũ meum, meos ſenſus
Non te latent mea conſilia
Cognitũ ac perſpectũ habes animum meum
Qui ſit meus ſenſus probè noſti, præclare intelligis.

### I know your ſtate well.

Novi, cognitũ habeo, probè teneo ſtatum rerum tuarum
Qui ſit rerum tuarũ ſtatus optimè ſcio, præclarè novi
Egregiè intelligo de tuis rebus
Planè mihi conſtat, exploratum eſt, compertũ habeo, nihil mihi dubium neque obſcurum eſt
Non me fugit, latet, præterit rerum tuarum ſtatus.

### not Knowing, vide Ignorantly.

### I know not.

Nondum planè conſtitui, ſat ſcio, novi, cognovi
Satis habeo conſtitutum, deliberatum, exploratũ, explicatum, certum, cognitum.

### without Knowledge, vide Unlearned.

### Cold, Ice, Froſt.

Frigus, Gelu, Glacies
Frigidior glacie
Glacialem arctum experiri
Frigore lapſa cadunt folia
Concreſcunt currenti in flumine cruſtæ
Undaque jam tergo ferratos ſuſtinet orbes
Aſtricto coit unda gelu
Glacie riget horrida barba
Rura pandit hyems gelu
Aggeribus niveis informis & alto terra gelu latet
Pluvia contriſtat frigore cœlum.

### Cunningly, vide Exactly.

### a Cunning hand, vide Occupation.



## L

### to Labour, to travell to Work.

LAborare, πονεῖν, Sudare
Defungi laboribus
Exercere, ἀσκεῖν
Laborare, te exercere
Rei operam dare, labore quærere
Exercere labores, Fatigari
Ἐκπονεῖν. Laborem colere
Exercere membra laboribus
Fallere, diſcutere ocium
Labores tolerare, ſuſtinere, exigere, perficere, ponere, perferre, experiri, intermittere, pati, impedire
Cum tepido noſtrum vere redibit opus

### to Labour in vaine, or to loſe his labour.

Ludere operam
Perdere operam & impenſam
Actum agere
Actam rem agere
Nihil agere
Οὐδὲν ἀνύσαι
Fruſtra laborem inſumere
Inanem operam ſumere, inſumere
Laboribus nequiquam frugiferis fatigari
Opes ſuas perdere in aliquo
Fruſtra, inaniter conari
Fruſtra operam ſumere
Lavare, ſeu cavare laterem
Arenam numerare
Arenæ ſemina mandare
Piſcari in aere. Arare littus.
Fodere Iſthmum
Littora arare
Aërem verberare
Ventum colere
Æthiopem dealbare, &c.
Fallunt impenſæ in aliquem collatæ

### to Labour, to travell with might and main.

Defatigare, Sudare acriter
Plurimum laboris exhaurire, haurire
Ἐκμοχθεῖν
Exantlare, Antlare
Ἀντλεῖν Græcum eſt proprieque ſignificat navem exhaurire, deinde propter difficultatem rei & moleſtiam, ad laborem intolerabilem & impenſam eſt tranſlatum, pro quo vulgus parum aptè anclare & exanclare per c ſcribit
Laborum Iliadem exhaurire
Nervos, conatus intendere omnes
Deſudare
Verſare ſaxum
Sudores in re aliqua exantlare
Siſyphi ſaxum volvere
In pulvere aliquo viriliter deſudare
Multo ſudore, labore, vigiliis aliquid colligere
Maximo conatu incumbere, & adniti
Nihil non laborum obire
Multum laboris exſudare
Non æſtimandis laboribus quippiam abſolvere
Ambabus manibus haurire
Ἀντλεῖν ἀμφοτέραις χερσί
Summo conatu quippiam agere
Herculeo quopiam & indefeſſo labore contendere
Summis uti velis
Ἄκροις χρῆσθαι τοῖς ἱστίοις
Inſano juvat indulgere labori, apud Virg. Æneid. 6. i. immodico labori; ſicut inſania pro magnitudine & amplitudine immodica Latinis ponitur
Unde, inſanæ extructiones pro magnis & amplis
Multo plus haurire laboris, quàm Hercules ipſe dum Αὐγείου κόπρον ſtabulis repurgaret
Tanto in aliquod negotium incumbere ſtudio, ut parum abfuerit quin ſeſe labore conficeret, enecaret, quin ipſe immoreretur, Eraſm.
Ad morbum uſque laborare
Pro tantis, tot annos exantlatis ærumnis, apud Budæum
Apponere manum
Laborando curam extremã impendere, omni quoque induſtria adniti, pro virili conari, haud ſegniter agere
Induſtriam labore adjutare
Manum admoliri, admovere, addere negotiorum actioni
Τὴν χεῖρα ἐπιβάλλειν
Cum Minerva, id eſt, auxiliante Minerva, manum quoque movere, admoliri
Σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει
Etenim dii omnia laboribus vendentes adjuvant facientes, Vide to Endeavour.

### you Labour too much in your ſtudy.

Nimium elaboras, invigilas, ſudas, exerces te in ſtudiis
Nimis immoderatè, ſupra modum,

modum, intemperanter ſtudes
Nimium laborioſè ſtudia tractas, colis, exerces
Suſtines laboris plus quàm ſatis eſt in ſtudiis exercendis.
Sic laboras in ſtudiis, ut vires tuas imminuas, conſumas, exhaurias debilites, infirmes, affligas,

## Labour, worke, endeavour, diligence.

Labor, Sudor
Vigiliæ, Labos
Πόνος, Negotium
Conamen, Conatus
Opera, æ. Niſus
Hoc operæ Illud laboris
Aliud opus aggreditor
Ad ſolitum ruſticus ibit opus.

## great Labour.

Labor magnus, maximus, nimius, Herculeus, Cleoneus, improbus, Virg.
Strenuus, indefeſſus
Inſanus, Immenſus
Immodicus, Ingens
Ærumnæ pro laboribus, oneroſus

## without Labour, vide Lightly.

## a day-Labour, vide Journey-man

## Labour loſt.

Fruſtra laborare, in anem laborem ſuſcipere.
Arido ſolo, infructuoſo campo ſemina committere, mandare.
Laterem lavare, Æthiopem dealbare. Operam male ponere, locare.
Oleum & operam perdere, Studium inutiliter conſumere

## Labour ended, vide end.

## Lack of money.

Pecuniæ anguſtia, mira nummorum penuria, ſumma difficultas.
Pecuniæ minimum tractatur
Uſus pecuniæ propè nullus eſt

## Lacking, vide void.

## to Lay hands on one, vide to Arreſt.

## to Lay a wager, vide to Wage.

## to Lament, to mourn to be ſorrowful, or ſad.

Mœrere, Dolere
Lugere, Animo ringi
Mœrore angi, in luctu eſſe
Miſerè contabeſcere
Languet animus mœrore, ſordibus
In lachrymis jacere
Vexari curis
Dolore premi, conſumi, confici, obrui
Tangi animi dolore, vide to mourn, to waile, to be ſad.

## a Lamentation, a weeping, a wailing.

Luctus, Comploratus.
Mœror, Mœſtitia
Senium, Gemitus
Plangor, Planctus.
Res Lugubris
Lugubria induere, to put on mourning attire, or apparell, vide Weeping

## Lamentable

Lamentabile, Luctuoſum
Triſte, Lugubre
Flebile, Θρηνώδης

## a Lamp, a Torch.

Lychnus penſilis, pendens, ardens, lucens
Lampas propriè ſplendorem ſignificat λαμπάς
Lucerna ſimiliter
Lampada, æ, ſub prima declinatione, apud D Hier.
Eadem formula, qua dicimus Cratera, æ, &c.
Cicindela, apud Auguſtinum, pro Lampade, ſed propriè a Glawberd.
Lampyris, idis

## Lamp-ſtudents, that ſtudy by the Lamp, or Candle

Lucernarii, λυχνόβιοι.
Lucubratores, Elucubratores

## Land, vide Field.

## Language, vide Talk.

## Largely, vide Liberally.

## a Larke.

Alauda, κορυδαλός
Caſſita, Galerita
Corydalus

## ſick of the Lask, vide Flix.

## a Shoomakers Laſt, or Leaſt, vide Form.

## the Laſt, or hinder moſt

Poſtremus, Noviſſimus
Τελευταῖος, Extremus

Su-



Supremus, Ultimus.
Ἔσχατος. Vide Uttermoſt.

## at the Laſt, Laſt of all, vide Finally.

## of Late, not long ago.

Nuper, νέον
Nuperrimè, Nuper admodum
Non ita pridem, Non pridem
Diebus ſuperioribus, πρώην
Iamdudum, Haud dudum
Paucis abhinc diebus
Noviter νεωστὶ
Recens, Recenter
Paucos ante dies
Menſe nondum exacto. Vide in times paſt.

## the Latine tongue.

Sermo Latinus, Latialis
Romanus; Lingua Latina
Loquela Latia, Italica
Phraſis Auſonica, Itala, Pallas
¶ Eloquentia circulatoria Kitchin-Latine.

## Exceeding good, very fine & eloquent Latine

Eloquium verè Romanum
Romanus ſermo non ſolum puriſſimus caſtiſſimusque, verum etiam uber, ac locuples
Mel Atticum, Hymettica mella
Attica muſa, Ἀττικὴ μοῦσα
Eloquentia Attica, atque ab Hymetto profecta, ut habent proverb
Romani ſermonis eloquentia, ubertas, fœcunditas, venuſtas
Dicendi illecebræ ac gratiæ
Venuſtatis pigmenta, & lenocinia, apud Budæum
Teque filum, pro ſubtili ſtylo, apud Ciceronem
Phraſis quæ cum eloquentiſſimi cujuſque phraſi conferri poſſit
Pulchrum orationis filum
Character epiſtolaris, ſolutus terſus, brevis, dilucidus elegans, emendatus, Latinus, Latius, verè Ciceronianus. Pulcher orationis ſtylus
Venuſtus ſtylus, Elegans dicendi genus, à muſis profectum
Κομψεία
Lepos orationis, floſculi, phaleræ, venuſtas, lenocinium
Attici leporis, ſermonis lepor
Sermonis deliciæ
Dicendi lautitiæ, Meræ Veneres
Verborum ornatus, ſplendor, terſities
Cupediæ linguæ Latinæ
Literatura politior
Eloquentia, Elegantia
Cum quadam Venere dictū

## to Laugh.

Ridere, γελᾶν Edere riſus
Effuſè ridere ἐκγελᾶν
Solvi in cachinnum
Cachinnare, καχάζειν
Cachinnum effundere
Tollere cachinnum Ridere Sardonium, ſyncruſium
Lienem exercere
Emori riſu, eſt effuſius ridere, defluere vel diffluere riſu
¶ Proverbialia ſunt hæc poſteriora,
Riſus ſolutus, magnus
Cachinnus, effuſus riſus
Riſus Sardonius

## to laugh at, vide to mock.

## to abſtain from laughing.

Riſum tenere, apud Horatium
Continere. Nihil unquam de rigore animum remittere, Solin.
Riſui temperare
¶ Excitare, concitare riſum, to make to laugh

## the civil Law.

Jus civile, Imperiale, Cæſareum
Jus Papyrianum, Jus ſcriptum
Jus municipale, prætorium,

## the Canon Law.

Jus Pontificium, Jus canonicum
Jus ſpirituale, divinum,

## to ſue one in the law, vide Action, and to Plead.

## it is lawful, or meet, and ſeaſonable.

Rationi conſonum eſt
Εὔλογον, Conſentaneum
Ratio dictat. Rationis eſt
Ἐπαγορεύει ὁ λόγος
Æquum & rationi conſentaneum videtur, Par, Decens
Æquum, juſtum, rectum, fuerit
Δίκαιος
Ut par eſt, ὡς τὸ εἰκὸς
¶ Moveri ratione, εἰκὸς παθεῖν
Cauſa duci, to have good reaſon
Legibus urbem fundare
Legem ducere, dare, imponere, indicere
Sub leges vocare

## a Lawyer, a Counſellor.

M Lea-

Legiſperitus, cònſultus juris
Νομικὸς, νομοδιδάκτης
Juris peritus, Juris pruden s
Juriſconſultus, vel Jure con-ſultus
Ἐνήγορος, L. L. Doctor
Divinæ humanæque legis ſci-entiſſimus
Pontificiarum legum Doctor
Profeſſor Juris
Juris interpres, Antiſtes juris
Legum cautus, id eſt, peritus apud Auſonium
Legalis myſta, apud Alciatum
Juris conſultus & æquus
Jureperitus non minus prudentia quàm facundia laudatus
Aſylum legum, vel Juris
Νομίμων ἐξηγητὴς
Alter Papinianus, Scævola, Ulpianus
Juris ſcientia præſtans
Qui ſumma diligentia laboribus ac laudibus, ad legalem pervenit ſapientiam
Clariſſimus utriuſque juris ſcientia
Myſta juris
Divini humanique juris ſcientia excellens
Eximius Jurium Doctor
Utriuſque juris laurea decoratus
Gemini laus ſplendida juris
Legum juſtitiæque ſciens
Divini, humanique juris conſultus
Cæſarei juris profeſſor
Legum Imperalium eximius doctor
Cantores formularum, Cic. in 3 de Ora vocat juriſperitos
Luguleius & Rubricarius per contemptum

**a Lazer. a Leper.**

Lepra infectus
Mentagi infectus
Lepram patiens, Fœdus lepra
Elephantiacus, Elephante gravis
Elephantiaſi laborans
Fœdiſſima plenus impetigine
Λεπρώμενος, λεπρός
Leproſus, Mentagricus
Incurabili ſcabie infectus
¶ Armentagræ & inpetegrinis purulentia purgare
A lepra, ab Elephantiaſi mundare, to cure the Leproſie.
¶ Lepra, λέπρα ἰσχύς
Elephantiaſis, Elephantia, quæ & Elephas dicitur, Unde Serenus
Eſt Elephas morbus triſti quoque nomine dirus, eadem mala ſcabies Horatio vocatur, aliis Immundities lichenis
¶ Grando etiam vocatur vulgo lepra, qua porci infeſtantur.

**a League, a Covenant, an agreement.**

Pactum. Compoſitio
Conventio, Conventum & us
Fœdus, Pactio
Contractus, συμβόλαιον

**to make a League or a Truce, to Confederate.**

Fœdero, as, are
Conventionem facere
Pactum inire vel fœdus
Conventum conſtituere
Ἀνθομολογεῖν
Paciſci, Contrahere
Fœderare, Fœdus inire
Fœdus ſancire
Σπένδεσθαι
Pactum facere, componere fœdus
Conficere pactionem, Cic.
Fœdus facere, συντίθεσθαι
Pangere ut nonnulli volunt tametſi Servius reluctetur
Tractatus, contractatus, conventaque finire
Placitum componere fœdus
Mutuo fœdere, conſenſu, & ſacramento ſe principes dicuntur devincire
Fœdere conjungi
Societatem in re paciſci
Convenire in tertia perſona
Συναλλάττειν
Fœdus contrahere, pangere, percutere
Ferire fœdus
Coire in fœdera, Virg.
Ferire pactum, vulgo compacturam facere dicitur
In æquas pactiones deſcendere
Fœdera accipere, Saluſt.
¶ Conſpirare in bonam & malam partem ſumitur, ſed conjurare in malam frequentius: conceptis verbis, vel data fide, factaque coitione conſentire, ſimul jurare
Conjurationem, conſpirationem facere
Hauſtu mutui ſanguinis ſancire fœdus, Solin.
Conſentiones factæ ſunt, poſuit, Cic. in Ver. Act. pro eodem
Conflare conſpirationem, apud eundem
Ad incredibile ſceleris fœdus aliquem adſciſcere
Ad illicitas jureque damnatas confœderationes pellere & inſtigare
Ad quaſvis res nefarias concordare

**to keepe the League or promiſe**, vide to breake the League.



**to Leake, to runne forth as broken veſſels.**

Perfluere, Perſtillare
Non continere liquorem
Tranſmittere liquorem

**Leane, Thin, Slender**

Macer, Macilentus, Macie pellucens, Gracilis, Exilis
Exſuccus, Strigoſus
Ἔκλιμος, Extenuatus
Macie confectus
Pumice aridior. Aridus
Emaciatus, ἀπεσκληκώς
Macie, inedia extenuatus, attenuatus, Macies ipſa
Σύφαρ, Metaphoricè apud Eraſmum frequens, Jejunus Metaphoricè
Monogrammus, à ſimilitudine
Μονόγραμμος ſicut & κάνναβος
Ironia proverbialis
Per medium annulum qui trahi poſſet
Pinguior lucerna, lethyco qui cum multū edat non ſit habitior
Leotrephide macilentior

**to be Leane.**

Macie perlucere, Macere
Ariditate crepitare, macerare
Ἰσχναίνειν, ἰσχνόω, to make leane.
Macros obduxerat artus
Tu tenuis tardique gradus macieque pereſus

**to become or ware Leane.**

Macreſcere, Areſcere
Extenuari, Σκαιμίζειν
Macrum, exſuccum fieri
Marcerari, Marceſſere, annis vel ægritudine in maciem ire. Soli.

**to make Leane.**

Macerare, Emacerare & attenuare
Ἐκτήκειν, Macrum facere

**to leap, to Jump, to Skip.**

Saliare, Saltare
Dedit ſaltum, properans inſiſtere ripæ
Corpora ſaltu ad terram mittere
Saltu ſuper ardua venit, ſaltu ferri
Secedere Saltum

**to learne.**

Diſcere, diſciplinam accipere, apud Cæſarem, comprehendere, animo complecti
Addiſcere, Condiſcere
Bibere, pro eodem, Eraſmus. Non facilè dediſcitur, quod puerilibus imbibitur annis
Veterum volutandis monumentis diſcere, percipere, ſtudere

**to learne, to ſtudy diligently.**

Plurimū operæ conſumere, inſumere in literis
Studiis ſe exercere, agere vitam
Eruditioni parandæ operā dare
Occupare animum in ſtudiis bonarum artium
Artes bonas aſſequi improbitate laboris
Adhibe ad omnes rerum bonarum diſciplinas ſtudium
Tranſmittere tempus in pugillares & libellos
Ingenuis artibus vacare
Navare operam literis & dare
Incumbere literis & in literas
Incumbere in literarum ſtudia
Acriter intendere animum ad literas
Ingenuas caput efferre per artes
Invigilare ſtudio literarum
Elaborare pertinaciter in addiſcendis literis
Studiis teneri
Multam ponere operam
Plurimam collocare operam in excolendo literarum ſtudio
Dedere ſe penitùs ſacris Muſarum ſtudiis
Immoti ſtudiis
Omne ſtudium conferre
Intentam diligentiam adhibere
Literas amplecti
Muſas colere
Τοῖς λόγοις ἐμφιλοσοφεῖν
Aſſerere ſe ſtudiis, Plin.
Se totum literarum ſtudio impendere
Se Muſis addicere in ſervitutem, devovere, dicare, conſecrare
In optimis literarum ſtudiis ſuaviſſimè otiari
Studiis bonis omne otium applicare
Artes habere in complexu, oculis, auribus, Plin.
Inſano flagrare ſtudio in literas
Scientia progredi
Habere proceſſum in literis
Non parum in literis proficere
Colligere eruditionem ex ſtudiis

Ducta in dies linea, protectum, progreſſum magnum facere in literis, in ſcientia aliqua
Lineam ducere
Nullum facere ſtudendi modum neque finem
Pieriis adhibere oda blanda libris
In amœniſſimis Muſarum viretis quotidie verſari
In vernantiſſimis divinæ Scripturæ pratis exſpatiari
Inſudare literis
Totum ſe libris dedere
Libros aſſiduè manibus retinere
Impalleſcere ſtudio, literis
Literarum ſacra colere
Immodico ſtudio ſe macerare
Abdere ſe literis, Cic.
Aſſidere ſemper chartis, immori
Studium & omnem laborem, curam, operam impendere
Impendere tempus omne diſcendis literis, Studioſè verſari, ac ſedulò in libris
Animos aptare ſtudiis
Tota mentis cogitatione ferri
Intendere vim omnem ingenii in literas. Impendere pertinacem ſtudiis laborem
Adhibere propenſum literis ſtudium
Studendi cura, impendio defigi
Ardentem intendere animum ſtudio literarum
Inhærere libris
Τῶν βιβλίων ἀντέχεσθαι
Affixum eſſe literis

### to Learn without book.

Ediſcere, memoria complecti, Cic.
Exercenda eſt memoria in ediſcendis ad verbum quamplurimis ex noſtris ſcriptis & alienis

¶ Tradere in diſciplinam
Docendum curare
Tradere præceptori aliquē à quo mores primum, mox eloquentiam diſcat, quæ male ſine moribus diſcitur, to put forth to School.

### to Learn by experience.

Multa diſcuntur, percipiuntur, ab experientia
Multarum rerum ſcientia, cognitio, intelligentia, doctrina, capitur, ſumitur, hauritur ab experientia & uſu
Multa cognoſcuntur experientia duce
Multarum rerum magiſter eſt Uſus
Multa docet, oſtendit, patefacit, viam aperit uſus ad multarum rerum ſcientiam
Erudimur valdè, inſtituimur, expolimur
Ex ignorantiæ tenebris educimur
Ad ſcientiam pervenimus, ſcientiam conſequimur, experientiam ſequuti, experientia edocti
Experientia rerum magiſtra

### Learned.

Doctus, perquam doctus
Doctrina excultus
Literis perpolitus
Eruditus, Peritus, Expertus
Gnarus, Literis ſciens
Non inelegantèr bonis literis initiatus
Non indoctus
Non alienus à literis

### well Learned.

Vir ſingularis doctrinæ
Apprimè doctus
Inſigniter doctus
Facilè doctiſſimus
In admirationem doctus ac eloquens
Maxima doctrina præditus
Bene doctus, pro valde doctus
Egregiè doctus
In primis literatus
Perquam literatus
πολυγράμματος
Magnopere doctus
Muſarum ſacra colens, frequentans
Unicum Muſarum delicium
Literarum decus, fons, ornamentum
Linguarū antiſtes, columen
Vir multijugæ eruditionis
Fons totius eloquentiæ
Qui in veteribus ſcriptis ſtudioſè & multum volutatus eſt
Spectatæ eruditionis vir
In eruditorum numero habitus
Vir exquiſitiſſimæ doctrinæ
Qui ad faſtigium tum doctrinæ, tum eloquentiæ pervenit
Heraclitus ſubtilioris doctrinæ arcanis initiatus Soli.
Omnium diſciplinarum ſcientia præditus
Parens eloquentiæ
Vir literatiſſimus, acerrimi fœliciſſimique ingenii
Ad ſummum literarum faſtigium provectus ſuopte ingenio
Peritiſſimus
Literarum amantiſſimus, peritiſſimus
Linguarum præſidio adſatim inſtructus, armatus fultúſque
Vir ſolidæ eruditionis



Exquiſitè doctus
Multæ eruditionis
Impenſe literatus
Delicium Latinæ linguæ, univerſi literati orbis
Inſigniter literatus
Nihil in loquendo minus ſpirant, quàm nativum illum & incorruptum Romani ſermonis odorē
Unicus Phœnix ſui ævi
Summam doctrinæ laudem conſecutus
Noſtræ ætatis Varro
Variis expolitus diſciplinis
Haudquaquàm indoctus
Literis multis præditus
Literarum antiſtes
Qui multiplici variaque ſcientia eſt
πολυλόγος, πολυΐστωρ
Eruditione uberrima excellens
Non vulgariter eruditus
Plurimæ, multæ, ac propè infinitæ lectionis
Summa eruditione præſtans
Multiformi eruditionis ſupellectile inſtructus
Ingenuarum artium callentiſſimus
Eruditionem habens non ſane vulgarem
Omnibus diſciplinarum ornamentis cumulatus
In nullo doctrinæ genere non exercitatus
Vir & admirabili, & divino ingenio ac doctrina ſingulari
Rara doctrina
Princeps in re literaria, vir eximia præditus eruditione
Multijuga literarum cognitione præcellens
Quo, poſt Ciceronem & Fabium, doctiorem nulla ætas habuit
Vir omni eruditione major, qui inclinatam eloquentiam primus in integrum reſtituere ſit adortus
Græcè & Latine modis omnibus eruditiſſimus
Romani ſermonis nativum & genuinam quandam proprietatem ſpirans,
Omnigena eruditione clarus, conſpicuus
Literarum omnium princeps Eraſ.
Politioris literaturæ Phœnix incomparabilis, & unicum Germaniæ inferioris Decus, Eraſ.
Eraſmus noſtræ ætatis omnium doctiſſimus, celeberrimus, ac præclariſſimus literatioris orbis præſes
Trium linguarum, Græcè, Latinè & Hebraicè penè ex æquo peritus, adhæc in nullo doctrinæ genere non ita verſatus, ut cum primis certare poſſit, Eraſ.
Trium linguarum, non vulgariter peritus
Triplici natura inſtructus
Complurium linguarum egregie peritus
Humanis literis ac manſuetioribus Muſis initiatus
Humanarum literarum peritiſſimus
Ingenio ac eruditione præſtans
Extra invidiæ aleam doctus
In literatorum conſeſſu, primum tenens locum
Habens eruditionis penu multifariàm cumulatum
Doctoris titulo inſignitus
Summa cum laude doctoratus titulum conſequutus
Primi nominis doctor
Cujus greſſus Charites ſorores Pegaſideſq; omnes comitantur euntis, ut eſt apud Poëtam
Bonarum literarum cultor ſtudioſus
Vir doctorum omnium calculis incomparabilis
Encyclopædiā qui abſolvit
Abſoluto diſciplinarum orbe omnibus mirandis oſculandus
In cyclicis diſciplinis exercitatus
Qui in omni parte orbicularis diſciplinæ certaverit
Cyclopædiam callens
Cyclicè doctus
Noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione verſans
¶ Eximii in omni doctrinæ genere rei proceres
Literariæ proceres
¶ Encyclopædia, ἐγκυκλοπαιδεία eſt omnium bonarum artium ſocietas cognitioque, ut ait Cicero, in omnium artium & diſciplinarum perfecta ſcientia

### a Learned Phiſitian.

Medicus bene doctus, eruditus, inſtructus medica ſcientia, medendi arte, medicis literis
Sciens, inprimis eſt, peritus, intelligens, gnarus medicinæ
Novit penitus medicinam, tenet, poſſidet, callet
Medicinæ ſcientia valet, floret, præſtat, excellit
Medicinæ doctrina, ſcientia, peritia, cognitione, intelligentia, eruditione cū paucis conferendus eſt, inferior nemini.
Medicinæ ſcientiam planè complexus eſt, mente atque animo comprehendit ingenio ſibi aperuit, comparavit, peperit

### to advance, to ſet forth Learning.

De lingua Latinâ bene mereri

Conſulere ſtudiis communibus, & bonæ ſpei ingenia benignè provehere
E mediis ignorantiæ tenebris ingenuas artes atque adeo ſacras literas vindicare
De publicis ſtudiis optimè mereri
Editione utilium ſcriptorū communia ſeu publica ſtudia juvare, adiuvare
Aliis ſedulò impertire doctrinam
Egregiam navare operam
Adjutare, adjuvare honeſtiſſima literarum ſtudia
Libros qui à data blattarum tinearumque ſervitute quam diutiſſime oppreſſi propemodū interierant, liberare, vindicare ab interitu
Divitem ingenii proventum in univerſum orbem effundere
Annis compluribus elaborata in communem omnium depromere utilitatem
Libris edendis, famam immortalem mereri, tranſmittere ad poſteros
Eruditiſſimis lucubrationibus nunquam intermoriturum decus parare
Bonas literas longo veluti poſtliminio redeuntes, in ſuum quodammodo regnum dignitatemque in priſcum nitorē reſtituere, ſuo ſplendori reddere
Redimere ſtudia literarum

**given to learning**, vide **ſtudious.**

**learning is alwayes both pleaſant and profitable.**

Semper uſui & delectationi tibi literæ erunt, fructum ac voluptatem tibi afferent in omni vita, nunquam non utiles, nunquā inquam jucundæ non erunt
Te ſemper commodis, ſemper voluptate afficient, juvabunt pariter & oblectabunt in univerſo vitæ tuæ curſu. Vitæ tuæ par atque adeo longior literarum utilitas erit.

**Learning is not eſteemed as it ought to be,** vide **Arts**

**I have no Leaſure.**

Moleſtus interveniens mihi
Nunc non eſt commodum
In præſentia non vacat, non eſt otium
Eſt quod agam aliud
Eſt domi negotium melius
Non licet per negotia domeſtica

**Leiſurely, by little and little.**

Paulatim, Pauxillatim, apud Plaut. diminutiva ſunt à paulum
Κατὰμικρόν, Senſim
Ductim, Tractim, Pedepreſſim
Pedetentim, **foot by foot.**
Placidè, lentè, Leviter
Maturè, lentè, Compoſito gradu. Vide **Slowly.**

**to Leave off, to Ceaſe.**

Deſinere, Deſiſtere
Omittere, Siſtere ab incepto
Dimittere, Parcere, Subſiſtere. Vide **to ceaſe.**

**to Leave nothing,** vide **to take away.**

**to Leave, to forſake.**

Deſerere, Linquere, Relinquere
Derelinquere, Deſtituere, vide **to leave in danger.**

**Leave or Licence.**

Copia in ſingulari cum verbo facio conſtructum, quemadmodum commeatus
Data copia fandi
Venia, Poteſtas
Dare veniam ludendi
Facultas, quam licentiam indocti dicunt

**to give Leave or Licence.**

Poteſtatem facere, præſtare
Facultatem dare
Copiam facere, ut Gymnaſiarcha facit ſcholaſticis ludendi copiā à prandio
Additur in conſtructione gerundium in di
Emanendi copiam à præceptoribus poſcere, **to aske Leave.**
Tridui miſſionem dare
Dare remiſſionem ſtudii vel à ſtudiis ad duos, tres dies
Veniam dare, pro eodem apud doctos legi, licet alii refragentur
Venia enim eſt pœnæ meritæ remiſſio, ut inquit Seneca
Ἐξουσίαν δοῦναι, Miſſionem impetrare, **to get leave.**
Veniam exorare, impetrare
¶ Cæterum miſſum facere, eſt dimittere, **to let go, to give leave.**

Terent



Terent. Me miſſum facere, Suetonius in Cæſare legionem totam cum ignominia miſſam facit
Miſſionem dare militibus
Miſſionem petere, efflagitare
Rudem flagitare
Præbere miſſionem.

**I pray you give me leave to ſpeak with your patience and favour.**

Sit dicto venia, τῷ λόγῳ συγγνώμη
Pace omnium veſtrum dictū eſſe velim, dixiſſe liceat
Dicere copia alicujus, id eſt, pace
Honos audientium auribus habeatur
Sit habitus honos veſtris auribus
Bona cum venia audire, Cic.
Sine cujuſvis injuria dictū ſit
Abſit invidia verbis, verbo ἀπέστω φθόνος, Dicere cum venia
Cum gloria tua, mi Philippe
Libet veniam præfari vel honorem
Data copia fandi, apud Virg.
Pace tua, tua venia
Te non iraſcente, permittente
Simile quid præfamur, obſcœni aliquid dicturi, aut cujuſquam authoritatem oppugnaturi
Per præmunitionem, ut monet Eraſmus in copia verborum

**the Leaves of the tree,**

Frondes, Folia
φύλλα, Petala

Crines poeticè dicuntur, unde apud Mantuanum, Nudatur crinibus arbos.

**to Level,** vide **Wink.**

**to Leavy a ſubſidie,** vide **to Seſs.**

**Lecherous, unchaſte, or luſtful.**

Libidinoſus, Venereus
Propenſus in libidinem, Salax.
Flagrans libidinibus in mulieres, Suet.
In Veneris caſtris militans
πυγμαῖος, λαστεύρος
Præter modum libidine pruriens
ἀφροδισιαστικὸς μύτης
Novas quotidiè nuptias celebrant
Mulieroſus, Veneris miles
Solvitur in Venerem
Mollis, Mulieroſiſſimus
Muſalbus, μῦς λευκός
Homo libidinis immodicæ, inſatiatæ, intempeſtivæ, monſtruoſæ
Galbinos habens mores, Mart.
Crebris, vagis amplexibus ſponſis
Pronus in venerem
Proclivis in libidinem
Lydius in meridie
Caprarius in æſtu
Maximo ardore in venerem ſolvi vel ruere ferunt Hiſpanos Turcaſque
Et Graditana puella, apud Mart. pro libidinoſa, procace, laſciva.

**to Lend.**

Mutuari deponens, & Mutuare activum, χρήζειν, mutuum dare
Præſtare, Mutuo dare, quum ejuſdem precii res penſatur
Commodatum vel commodato dare in tempus, quū earum res redditur
Alicujus rei uſum præſtare, concedere in aliquot dies
Commodare. Vide ne cum pueris dicas accommodare Id enim eſt adaptare
Utendum dare, μιχρᾶν
Mutuo am[illegible]is commodare

**by Length of time, in continuance or proceſſe of time.**

Proceſſu temporis, Decurrentibus annis, Progrediente ætate
Tempore, Paulatim
Luſtris labentibus, apud Virg.

**length of time taketh away ſmart,** vide **Time.**

**length of time taketh away Pain.**

Dolorem minuit ac mollit dies, temporis longinquitas, vetuſtas
Sanantur Vetuſtate vulnera, Vis doloris cum tempore langueſcit
Detrahit de dolore dies, atque adeo extinguit omnem, planeque tollit
Quovis dolore affectis, quovis malo laborantibus medetur tempus, medicinam dies affert
Vetuſtas opem fert, opitulatur, ſubvenit, auxilio eſt, ſubſidio eſt, finem doloris affert
Habet hoc tempus, ut quemvis dolorem quamvis acriter in animo inſitum

tum

ſitum avellat atq; abjiciat & hoc temporis, ut omnem malorum memoriam, omnem adverſæ fortunæ recordationem ex animo deleat, auferat, eripiat, expellat, amoveat.

**At length**, vide **Finally**

**to leſſen to aſſwage or mitigate pain or diminiſh grief or ſmart.**

Dolorem ſedare, elevare, mitigare, mollire, lenire, delinire, levare, demulcere, pellere, tollere
Fugare, ſopire, diſcurrere, minuere, mollire, lenire, delinire levare, demulcere, pellere, tolle e
Vim doloris mellea fallere confabulatione
Contrahere dolorem, cruciatum
Reddere moderationem
Dulcare, Edulcare
Lenire & adimere ægritudinem tempus dicitur
Dolor ſeſe remittit

**the Leproſie**, vide **in lazer.**

**a leſſening of ſorrow.**

Luctus levatio, *Levare* ſe Luctu, ægritudine, ſollicitudine, mœrore, cura
Sanare vulnus doloris.

**to let bloud, to open a vein.**

Detrahere ſanguinem
Venæſectionem adhibere
Secare, incidere venam, Cic.
Vacuare ſanguinem per venam
Corpus ſanguinis detractio
[illegible] ne vacuare
*Tundere* venam nocuo turgentem ſanguine
Demittere, emittere, vel mittere ſanguinem, Corn. Gel. Ex brachio mitti ſanguis debet
Exonerare venas ſanguine ἀφιέναι τὸ αἷμα.
Venam cultello, ſcalpello ſolvere, aperire
Curare venam incidendam
Corpus ſanguinis exuberantia levare ſectione, inciſione venæ
Non eſt *Latinis* vox unica quæ Græcè φλεβοτομεῖν, reſpondeat, quapropter periphraſi utendum.

**to let go or paſs**, vide **to omit.**

**to let to hinder, to ſtay, to withſtand or be againſt.**

Obſiſtere, Reſiſtere, Cic.
Senatus una voce ac mente rejectat
*Inhibere*, Obſtare
Contrahere, Detinere
Officere cauſæ, apud Cic.
Vigere, occupare
Offerre moram occupato. Plaut.
Obſtrigillare, Porcere, apud *Lucil*
Remoram facere rei privatæ & publicæ Plaut.
Obſtaculum moliri
*Interdicere* pro obeſſe, cum dativo, Cicero
Cui nemo interdicere poſſit
Eripere bene gerendæ rei facultatem
Rei potiundæ ſpem præcidere, *Budæ*.
Impedire, Obſtaculo eſſe
In diverſa trahere, rapere
Retrahere ἀνθέλκειν
Tergiverſari, Reclamare
*Tranſverſum* agere
Adverſari, Reniti
Repugnare, Refragari
Contradicere, Contra niti
Contra venire, ἀνθίστασθαι
Remorari, Demorari
Intercipere, Tenere
Opponere, Reluctari
Intercedere, apud Titum *Livium*, pro impedire, prohibere, greſſus alicujus obſtare, obeſſe eunti
Contra pugnare, machinari
Impedimento eſſe, diſtinere
Conatus alicujus evertere
Claudere commodum Terent.
¶ Remora, impedimentum, obſtaculum remiligines, apud Plaut. retardatio
Offendiculum pro impedimento, vide **to hinder.**

**to let one from having his luſt.**

**to let ones ſtudy.**

**let me go.**

Sine abire, Sine ut abeam
Mitte me, Omitte me.

**Let it be ſo**, vide **So be it**

**Letters miſsive, Epiſtles**

Literæ, Literulæ
Litera in ſingulari numero, apud Ovid. *Libelli*
Tabulæ, Codicilli, Scripta
Epiſtola, Epiſtolium.
ἐπιστολὴ γραμμάτιον

**to ſeal and open letters**, vide **to ſeal and open.**

**letters welcome.**

Literæ tuæ mihi gratæ, perjucundæ fuerunt



Summam mihi jucunditatem attulerunt, pepererunt
Magna me lætitia affecerunt, perfuderunt
Omnis amor tuus ex omnibus ſe partibus oſtendit in tuis literis
Quas ad me literas mittis multo ſunt officio refertæ, multis inſignis, amoris notis

**Printing Letters.**

Typi ænei, ſtannei, τύποι
Formulæ, Characteres
Notæ fuſæ, ſculptæ
Typorū collector, ordinator cōpoſitor, **a Compoſitor**

**Liberal, Bountiful.**

Liberalis, Munificus
Dapſilis, Benignus
Beneficus δαψιλής
Prolixus, apud Ciceronem
Ipſo horreo vel caniſtro dās
Nullum ſcelus abeſt ab eo ſcelere, in uno illo ſcelere omnia ſunt ſcelera, cum parenti vis infertur, injuria fit

### an Office, a Duty.

Officium, Munus
Suſceptum perficere munus
Fungi munere ſuo
Partes, Munia, pluraliter

### to be in Office, to beare rule.

Obire munimina, provinciam, munus, Livius
Obire officia, Plinius
*Ille* quoad honeſtus fuit, obiit, officia geſſit magiſtratus
Obire, adminiſtrare Conſulis, vigiliarum munus

### an Office done with great praiſe.

Pater tuus eximiam ex hoc magiſtratu laudem collegit, tulit, cepit, adeptus eſt, conſecutus eſt
Præclarè pater tuus hunc honorem geſſit, egregie ſe pater tuus in hoc munere tractavit
Pater tuus hunc magiſtratū pro ſua, reique publicæ dignitate adminiſtravit

### Oftentimes.

Subinde, Identidem, ut tradit *Laurentius* Valla
Sæpius, Multoties
Sæpenumero, πολλάκις
Sæpe, perſæpe
Sæpicule, Sæpiuſculè
Quam ſæpiſſimè
Frequenter, Crebro
Plerumque, πολλάκις
Haud ſemel, Plus ſemel
Non ſemel

### not Often, vide Seldom.

### Oyle.

Oleum, Olivum
Palladis latices

### an Oyle-pot.

Campſaces med. cor.
Καμψάκης
Lecythus media correpta
Ampulla olearia
Curtus pro eodem, apud Aulum Gellium & Juvenalem
Vas olearium, γύλιον
Et ἐλαιοφόρον, vas olearium
Rhinoceros
*Lenticula*, in libris Regum, vas olearium, ex quo reges & ſacerdotes linebantur in teſtamento veteri

### an Oke.

Quercus,

Quercus, Æſculus
Glandifera arbos
Chaonis arbos, à Chaonia
Ilex, quæ & pinus à nonnullis dicitur, δρῦς Græcis
Robur propriè

### Old, Ancient, Aged.

Antiquus, παλαιὸς. Senex
Vetuſtus, Vetulus, Caſcus
Vetus, Avitus, med. Prod.
Priſcus & Priſtinus, quæ à Grammaticis diſtinguuntur & apud Virg.
Cana fides & vetuſta, i. antiqua
Veteranus, Prior, Annoſus
Grandævus, longævus
Provectus ætate, confectus ſenio
Decrepitus.

### Old age, or Eldership.

Senium, Senectus, & Senecta
Effœta ſenecta, decrepita ætas
Ætas ſenilis, [illegible]
Ætas provecta, protracta
Ætas urgens jam & inclinata
[illegible] ἡλικία, Vetuſtas
Neſtoria, Tithoni ſenecta cani
Longævitas, Ætas ingraveſcens
Seri anni & tempora ſera
Ruga ſenilis apud poët. pro ſenectute rugiſa
Decolor & exterior ætas
Affecta vel defecta ætas
Annoſa ætas, & pene ultra humanam extenta fragilitatem, Solin.
Progreſſior, provectior, ætas

### very Old, or Aged

Grandævus, Veteratus
Antiquus, Annoſus
πολυετὴς, Vetus
Multi ævi, Gravis annis
Vetuſtus, Senex, Ipſa ſenectus
Provectus ætate, feſſus
Grandior ævo
Confectus annis, Saluſt. Præſenex
Valdè ſenex, ὑπερβεβηκὼς
Senio confectus, Canus
Decrepitus, Plenus dierum, ætatis
Canis reſperſa habens tempora
Homo veneranda ſenectutis
Senectute & canicie reverendus
Decrepitæ ſenectutis, βαθυγήρως
τρίπους βροτός, tertio jam pede bacillo innitens
Tremulum caput
Gravis ſenio, Grandis natu, ætate
Annos numerans multos
Extremæ ſenectutis
Pergrandis natu
γεγηρακὼς μόρος
Frons contracta rugis
Annis, ætate fractus, obſitus
Capularis, Rugoſus, Silicernium
Curvo vertice nutans
Albus capillis
Alterum pedem in Charontis cymba habens
Situ confectus
γέρων, πέμπελος, πέλετος
Defectus ætate
Ævi maturus
Qui multorum ſectorum Jovis glandes comedit, One that hath eaten many Christmasses
Senecio, Seniculus, Gerontio diminutiva ſunt
Effœtum corpus
Vetulus, in ſacris Bibliis
Stupidus, Marcidus, Exſuccus
Homo vergentis ætatis

Senipeta [illegible] ad ſenium, eſt in beati Benedicti regula
Longævus, apud Hier. in libro Joſuæ, ut perſenilis. Neſtorius, Macrobius, Polychronius
Acherontis ſenex, apud Plaut.
Capulo proximus
Obſitis annis & pannis, very Old, and ill apparelled.
Pedem in fovea habens, Pomp.
Alterum pedem in tumulo habens, τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ σορῷ ἔχων, i. eſt apud [illegible] decrepitum etiam [illegible] quodam ſepulchrum appellat
Charontis pictatio ſtatim inſcribendus

### to waxe or become Old, or to live long.

Seneſcere, Senio confici
Conſeneſcere, γηράσκειν
Ingraveſcere ætate
Vivere annos Neſtoreos, Neſtoris
Ultra aquilæ ſenectam vivere
Tithoni ſenectam æquare
Veteraſcere
Vetuſtatem capere, induere
Senectutem adipiſci vel attingere
Inveteraſcere, & inveterare
Vetuſteſcere, Contabeſcere
Senium contrahere, rugas, caniciem
Longam ducere ætatem, apud Max.
Tithoniam ætatem vivere



In longum ævum, ætatem producere [illegible]
Annoſo degere ævo, Plin.
In annos procedere
Ad ſenectæ limen attingere
Vitam in longiſſimum producere
Videre plenam ætatem, canos annos, plenos dies
Longos peragere fœliciter annos
Vivere ſæculis innumerabilibus
Senectutis incõmoda ſentire
Ultra fuſum, ultra penſum, ultra linum vivere, proverb. dicuntur, qui ultra fatalem diem vivunt
Dieta & vitæ moderatione ad ſummam ætatem pervenire
Tremulo gradu venit ægra ſenectus
Membra levant baculis, tardique ſenilibus annis
Jam mea cygneas imitantur tempora plumas
Inficit & nigras alba ſenecta comas
Opprimi, premi triſti ſenecta
Parte premor vitæ deteriore meæ
Et periit nitidus qui fuit ante color
Sparguntur canæ per caput omne comæ
Tacito paſſu labentibus annis
Juvenile decus, mens ſenſuſque perit
Corpore in hoc feſſo tarda ſenecta ſedet
Non ſum qui fueram, periit pars maxima noſtri,
Hoc quoque quod ſupereſt languor & horror habet
Baculo incumbens ruitura ſenectus
Illum totus membrorum deſerit uſus
Genua labant
Vaſtos quatit anhelitus artus
Obſcœnam frontem rugis arat ægra ſenectus
Annis gravis atque animo maturus
At mea jam niveis circundat tempora canis
Et jam cœruleus inficit ora color
Tarda ſenectus debilitat vires animi vitiatq; vigorem
Trunco titubantes ſuſtinet artus
Venit inopinata ſenectus
In ſenectutem corruere, vide to uſe.

### Old or ancient things.

Priſca, Vetuſta
Veterum res geſtæ! A Nannaco.
Inſignia vetuſtatis monumenta
Antiquiora quam Chaos & Saturnia tempora
Ab originum ſæculo reperta
Antiquiora diphthera
Ἀρχαιότερα, διφθέρα, proverb. de rebus admodum priſcis, & extremæ antiquitatis

### an Old woman.

Anus, us, ui, quartæ declinationis
Anicula, γραῒς
Vetula, Decrepita.

### in Old time past.

Olim, Jam olim, Jampridem
Antiquitus, apud priſcos
Veteres, Antiqui, Majores
Apud ſæculum prius

### how Old a man is, vide Aged.

### Old men wiſer, i. e. good counſel.

Senum conſilia non ſæpe inutilia ſunt, inania, ſtulta, abſurda; rara labitur ſenilis ætas in conſiliis
Sapienter fere conſulit ſenilis ætas
Optimis ac firmiſſimis rationibus fere ſemper nititur ſenilis opinio, ſententia
Sapienter conſulunt ſenes, optimam partem eligunt, non peccant in conſilio, non errant, non labuntur, non offendunt
Quorum grandior eſt ætas, qui longius ætate proceſſerunt, is eorum ſolet eſſe ſenſus qui à ratione non diſcedat, recedat, procul abſit, qui cum ratione congruat, quem ratio confirmet, à quo ratio non diſſentiat.

### to Omit, to Leave, to paſs over, to let go.

Prætermittere, ἀφιέναι
Miſſum facere, Relinquere
Poſthabere, Poſtponere
Tranſire aliud, mittere
Habere miſſum, apud Cic. pro miſſum facere
Deſerere, παραλείπω
In præteritis habere
Præterire, παρέρχεσθαι

### One after another, or one to another, vide Turn.

### ſuch One, vide ſuch manner.

### Onely.

Tantum, modo, Tantummodo
Solummodo, Solum. μόνον
Duntaxat, Unice, *Demum*
Omnino, Singulariter

### not Onely.

Non ſolum, οὐ μόνον
Non modo, non tantum
Nedum, Tantum abeſt

### to Open, to Unlock.

Reducere, Reſerare, Pandere
Aperire, ἀνοίγειν, Patefacere
Hiatu patulo janua verſo cardine aperta ſonat
Cardine tacito vertere fores
Tellus ima dehiſcit
Panditur foribus domus
Aperitur vertice ſydus

### Opened, Revealed, Manifeſted, or made Known.

Apertum, Manifeſtum
Notum, Divulgatum
Promptum, apud Cic. Teſtatum
Compertum, Confeſſum
Evidens, Perſpicuum
Quod jam & vates ſciunt
Cognitum, in aperto eſt
Περιφανές ἐστι
*Detectum eſt*, Denudatum
Promulgatum
Vulgo innotuit, palam eſt
In ora vulgi abiit
Notiſſimum, Teſtatiſſimum
Omnium ſermone celebratum
Liquidò conſtat

Res apertior eſt quam quæ dici debeat. In propatulo eſt
Res ipſa loquitur
Pro confeſſo habetur
In profeſſo eſt. In promptu eſt
Exploratum, compertum, certum, confeſſum, vulgatum, divulgatum, clarum, dilucidum eſt
Extra controverſiam eſt
Innotuit omnibus, Frequens effectum eſt, increbuit apud me
Patet, liquet, conſtat
Non eſt dubium, ambiguumque
Venit ea res in confeſſum

### Openly, in the ſight of all men.

Palam, Publicè
Ἀπαρακαλύπτως
Coram, adverb. Plane
Propalam, prima acuta
Manifeſte & manifeſto
Apertè, In propatulo
Non clanculum, Publicitus
Ἐκ τῆς ἰδίας, Ingenuè, ex profeſſo
Apertis tibiis, proverb.

### to Open letters.

Literis reſignare
Γράμματα ἀποσφραγίζειν
Aperire, recludere literas

### Opinion of minde.

Opinio, Sententia
Senſus
Judicium, Conjectura, vide Mind.

### Of one Opinion, vide Conſent.

### Opportunity, or Leaſure.

Opportunitas, Tempus
Otium, Locus, Facultas, Copia, Poteſtas
Maturitas, vide Occaſion

### the Opportunity is paſt.

Amiſſum eſt Tempus; ex lapſa de manibus eſt, abiit, præteriit, fugit, evanuit, amiſſa eſt, nulla jam eſt prorſus, Periit occaſio, tempus, opportunitas

### a trim, excellent, or fine Oration.

Oratio culta, exculta, polita, dilucida, gravis, lactea, fluida, lepida, perpolita, expolita, clara, præclara, conciliatrix, flexanima, perblanda, diſerta, elaborata, exquiſita, compta, elegans, lucida, luculenta, pulchra, Tulliana lucens puritate, in qua apparet nativus quidam lepor, non adſcitus: *Terſa*, venuſta, limata, perſpicua, elimata, haud illepida, emuncta, apta, inſignita, pulchra, fluens, appoſita, instructa omni elegantiarum genere, inſignis, illuſtris, ornata, exornata, adornata, copioſa, larga, uberrima, καλλιεπημοσύνη, erudita, non inelegans, terſiſſima, gemmea, gemmis diſtincta, fuco & pigmentis illita, mirifica ſenſuum acuminia condita, ſummo ſtudio & induſtria confecta, omnibus numeris abſoluta, erudita, facilitate fluens, tolerata, calamiſtrata, elaborata, lucernam olens, grandiloqua, pura, facilis, lenitate quadam profluens, aperta, ex penitiſſimis Muſarum adytis deprompta, dives & exuberans orationis flumen



### a rude or ſimple Oration, without grace, or unpleaſant.

Oratio jejuna, invenuſta
Tenui conſerere poëmata filo
Oratio illepida, jacens, inculta, macra, otioſa, arida, inſipida, putida, humi ſerpens, infœlici vena profluens, inepta, inelaborata, inſuavis, rancida, rancidula, inconcinna, indigna rhetorices alumnis, haud elegans, indocta oratio
Craſſior, craſſiore filo contexta
Structa, refractariola, *Bud.*
Sermo imperfectus, mutilus
Fabula ſine capite
Oratio parum oratoria
Dictio non admodum Rhetorica
Stylus impolitus, illevigatus

### to Ordain, vide to Decree and Determine.

### to Order, or to ſet in Order.

Ordinare, Digerere
Inſtruere, Diſponere
Dirigere, Conſtituere
Inſtituere, Collocare
Componere ordines & agmen
Παρατάττειν
Aciem, ordinem militarem inſtruere
In ordinem coarctare, redigere, vide to diſpoſe.

### an Order.

Ordo, Series, Ordinatio
Conſultum, decretum, inſtitutum
Digeſtio, Diſpoſitio
¶ Ordinatim, Orderly, or in Order.
In ordine, Ex ordine
Ordinatè, Compoſitè, Orderly.

### to break the Order and Aray.

Ordinem deturbare
Milites ſuo ordine diſturbare
Copias dejicere
Intercidere aciem
Hoſtium phalangem perſtringere, Cæſ.
Ordinem deſerere, to go out of Order.

### out of Order, vide without Order.

### to give the holy Orders, vide Prieſts.

### not able to Order or to Rule himſelf

Puerorum hoc eſt, avidiùs appetere, ut ad appetendum procliviores ſint, ut eos ab appetendo ratio non ſatis arceat, contineat
Ut appetendo nimis efferantur, minime ſibi temperent, ſibi moderentur, ſibi parcant

### in Ordering my houſe.

### Ordure of cattell or men, vide Dung.

### an Hoſt, vide Army.

### to take an Oath, vide to ſweare.

### the Other, the reſt.

Alii, Alieni, ἄλλοι
Cæteri, Reliqui

### Otherwiſe, or elſe, after an Other ſort.

Aliter, Alias, Sin,
Multo aliter
Longè aliter, Contra, ſecus
Alioquin & alioqui
Contrario modo
Aliorſum, ſecus
Alio modo, Alia ratione, lege,
Alieno more, Aliis artibus

### Otherwiſe then I thought, or truſted upon, contrary to my opinion or expectation.

Præter ſpem omnem obvenit
Præter opinionem, expectationem
Præter exiſtimationem accidit
Aliter quam ſperabam
Secus quam putabam
Aliter quam opinabar, quam rebar, accidit, contigit, evenit, uſu venit, cecidit, obtigit.
Κρεῖττον ἢ ἄλλως διαφ...

τῆς ἐλπίδος, παρὰ γνώμην συμβαίνει
Fefellit me mea opinio, ſpes mea, conatus, labor
Alio prorſus alio atque ſperabam exitu, res tota concluſa eſt
Fefellerunt caſus varii ſpem cogitationum & conſiliorum meorum. Cic.
Venit contra æſtimationem, Idem ad Attic.
Tentatum antea ſecus ceſſerat
Saluſt. Res multo ſecus evenit, quam fuit inſtituta
Evenit præter ſententiam, præter ſpem
In diverſum exit, Eraſ.
Contra quam putabam, quam ſpe votiſque conceperam
Longe ſecus atque ſperabam
Fors fortuna intercepit
Antevertit anchoræ jactum Deus, proverbiali ſchemate
Ἀντέπεσε τὴν ἐπ' ἀγκύραι θεός
Res in contrarium recidit, Dominus Deus in diverſum vertit
Omnia contra ac putâram evenerunt
Fallere deſiderium, expectationem, ſpem parentum
Sæpe hæc mihi ſpes fruſtrata eſt, Terent.

**an Ouch**, vide **Colour.**

**an Oven, a furnace, a Kiln.**

Furnus, Fornax
Fornacula, Teſtus, us, & Teſtum neutro genere
Fornax calcaria
Caminus, propriè, κάμινος
Clibanus, κλίβανος

**Over, Against.**

E regione, ἐκ τοῦ ἀντικρὺ
Ex adverſo, Ex oppoſito
Ex adverſum, dictio unica
E conſpectu ædium, Ex adverſo apud Terent. pro eodem Adverſum
In conſpectu, apud Cæſar.

**to Overcome, to diſcomfit, to vanquiſh, to have the victory of his enemies.**

Vincere, Devincere
Evincere, Debellare
Superare, Expugnare
Dejicere, Propulſare
Propellere, Indiſpiſci pugnam
Victoria potiri
Victoriam, palmam obtinere, ferre, adipiſci, poſſidere
Ferre, referre ex hoſte victoriam
Erigere trophæum
Ad perniciem deducere
Ferre trophæum, manubias
Ἀναιρεῖσθαι νίκην
Fugare, **to put to flight.**
In fugam vertere, convertere, agere. Hoſtes in fugam dare, Cæſar. i. fugare
Hoſtem retro agere
Propellere retrorſum
Gradu movere apud Livium, **to drive back, or away.**
Panoplia hoſtes exuere
Opima detrahere ſpolia
Impellere, i. loco pellere
Delere copias, regiones, equitatus
Funditus, ad internecionem delere
Cuneos ferratos tranſverberare
Exuere caſtris
Singularem ferre triumphum
Rerum potiri, vel hoſtibus vivis agere triumphos
Incruentum ſtatuere triumphum
Reportare victoriam
Convincere, labefactare
Proterere, fundere hoſtem, copias hoſtium, exercitum, agmen
Profligere, Profligare
Bello funditus deturbare, vide **to ſubdue**

**to Overcome, to Convince or Confute, to Vanquiſh with good and ſtrong reaſons or arguments in diſputing.**

Irrefragabilibus quempiam rationibus convincere, elinguem reddere, facere
Validis & nervoſis argumentis, irrefutabilibus telis refellere, retundere,
Arguendo falſum oſtendere prius dictum
Refellere, Confutare
Retundere, ἐλέγχειν
Argumentis, ratione, convincere, jugulare
Audientium animos probabilitate percutere, Cic.
Subtilitate quadam diſputandi inſtitutum refellere
Quæſtiones argutè movere, & objectas argumentationes diluere
Argumentis rationibuſque certis orationem confirmare, Cic.
Validiſſima concluſione manifeſtam colligere veritatem



tatem
Argumentis oſtendere, probare, **to ſhew by reaſon.**
Efficacibus argumentis revincere, ut omnem litem illi cedas
Conſtringere
Argumentationes alicujus deſtruere
Arguere, refellere
Conterere aliquem ratione, verbis obtundere

**to Overcome trouble or heavineſſe.**

Tædium, faſtidium, moleſtiam paucarum dierum devorare, metaphoricè
Vincere, Devincere
Ferre, Perferre
Concoquere, Abſorbere
Abſumere, Decoquere
Jucunda viciſſitudine lectoris tædium levare
Allevare faſtidium, apud Ambroſ.
Tædium excludere, elevare
Luſu movere tædium
Tædia diſcutere
Poculis elevare tædia
Lenire partimque excutere tædium; contractam ex aliqua re triſtitiam, aut diſcutere, aut certe ſolari
Tædium regionis, ſollicitudinis, lectione ſacra fallere, fugare, pellere
Moleſtiam alicujus rei avocamento levare
Colloquiis moleſtiam itineris levare. faſtidium oppidi levare obambulatiuncula
Vitæ moleſtias ſolatiis temperare
Pernicioſum ſaturo ventri ſomnum fabuloſis impedire colloquiis, vide **free from trouble.**

**to Overdrink**, vide **to drink drunken.**

**to Overflow, to Drown, to Surround.**

Inundare, κλύζειν
Undabunde reciprocare
Creſcere, Increſcere, Augere
Augeſcere, Adfluere, Tumere
Æſtuare, Exæſtuare **to run over.**
Fervere, φλημμύειν
Momentis dimenſis adſurgere, ſtatis auctibus creſcere, apud Plin.
Tumeſcere, Intumeſcere
Ventis intumeſcit æquor
¶ Mare dicitur reciprocare, fluere ac refluere, **to flow and ebbe.**
Statis vicibus intumeſcere, rurſuſque in ſe reſidere, fervere & defervere, ſeu deferveſcere
Nunc inquietis æſtibus inundare, nunc incertis motibus in brevia tortuoſa reſcindi
Exundare
Ultra margines intumeſcere
Efferre ſe alveo, Plin.
Reſtagnare, Superfluere
ἐκκυμαίνειν
Tranſgredi, ſuperare littora, ripas
Æquare alveum
Redundare, Diffluere
¶ Reciprocatio maris
Fluxus & refluxus, **the floud and ebb.**

**to Drown or ſink in the water.**

Submergere, Obrui aquis
Medio ſub æquore mergi, ſubmergi
Mergere puppes, corpora aquis
...re ſub undas corpora
Vultus obruit unda meos
Imo ſub æquore mergi
Dejicere corpora ponto,
Undis abolere
Gurgite medio volvi
In fluctum laceras raptare carinas
Immergere ponto
Corpora ſummo reſupina profundo exanimata jacent
Premit, opprimit, caput, animam, Fluctus
Spumoſa immergere unda
Se jactu dedit æquor in altum
Præcipitare Pelago

**Overly**, vide **Lightly.**

**Overmuch**, vide **Much.**

**to Overſee, to peruſe.**

Recognoſcere Recenſere,
Pernoſcere, vide **to correct.**

**Overthwart**, vide **Athwartly.**

**to Overthrow, to Deſtroy**

Fundere, Profligare
Sternere, Proſternere
Evincere, Devincere
Dejicere, Delere, Superare
¶ Dejicere & Provolvere, proſternere in terram
Fundere humi ingentia corpora
Affligere ad terram, Plaut. **to caſt down upon the ground.**
Contemptim in terram præcipitare aliquem, vide **to Overcome**

**an Overthrow, a diſcomfiture, a deſtruction.**

Claſſes, ὄλεθρος
Strages, [illegible]
Exitium, φόνος
Calamitas, Pernicies, Cædes

**to have an Overthrow, to be diſcomfited.**

Cladem accipere
Fundi, Sterni
Profligari, Expugnari
Cadere in bello dicuntur, qui mortui deſiderantur
Cadere abſolute pro occidi, Plaut.
Terram ore mordere, mordicus capere
Caſtris exui.

**Overthwartly**, vide **Ill.**

**It Ought or muſt be.**

Neceſſe vel Neceſſum eſt
ἀπαναγκες
Fit ex neceſſitate
Neceſſitas eſt pro eodem Quintiliano frequens
ἀνάγκη, oportet, δεῖ
Trahit, urget, cogit neceſſitas
Neceſſarium eſt, opus eſt
Fato datum, ſeu decretum eſt
Εἱμαρται, ἀναγκαῖον
Fatorum eſt, ſic fata tulerunt
Sic in fatis fuit, Ineluctabile fatum, apud Virg. Inevitabile
Immutabile fatum
Neceſſitas nos ad ea detrudit
Ita negotium eſt, apud Cic. pro ita oportet, ſic res poſtulat
Fatis adactus, id eſt, impulſus

**Out of hand, by and by, forthwith, incontinent, quickly, anon.**

E veſtigio, ἐκ ποδὸς, Statim
εὐθέως, modo admodum
Confeſtim, Continuò, Subitò
Actutum, media producta
Subinde, Sub manu, apud Senecam, & Suet.
παραχρῆμα
Jamjam, ὅσον αὐτίκα
Mox, Jam, Protinus
Citra moram, Curriculo
Parva mora
Nec mora longa
Haud mora, continuò
Oppido, Maturè, Semel
Antigerio, Propediem
Breviter, Brevi admodum
Brevi, Primo quoque tempore, dixit Cicero
Properè, Properanter
Celerè, Celeriter
Extempore, Extemporaliter
Curſim, Velociter, Concitò, Feſtinanter, dicto citius
Velis equiſque
Ocyus, Extemplo.
Citius, Cito, Incunctanter
Quamprimum, una dictio
Quum primum, duæ dictiones
Illico, Hoc velut puncto
Ilicet, apud Poëtas præcipuè
Omni amota procraſtinatione, **without delay** Sine dilatione
Nulla interpoſita mora
Promptiſſimè, apud Livium

**he Owed me money.**

**an Owle.**

Bubo, Noctua
Hululus, Strix
Nyctimene, Lucifuga.

Avis feralis, funeſta, [illegible]
Aſcalapu[illegible]

**an Ox.**

Bos, Juvencus
Taurus, Bubulcus

## P.

**to Paciffe, to make peace, to qualifie, to reconcile, or make friends again.**

Componere pacem, rem
Pacè facere, Confirmare
Admittere, petere, exorare.
Sopire diſſidium, armorum furorem
Pacare, Unire
Iratum pacatum reddere
In vel ad concordiam reducere
εἰς ὁμόνοιαν ἄγειν
Reconciliare, reponere gratiam, inter aliquos, Terent.
Controverſiam componere
Seditionem ſedare
Inimicitias, diſſenſionem, odium extinguere, ponere, deponere
Inire pacem
Conficere pacem
Conciliare, in gratiam ponere, reſtituere, Cic.
Offenſum in gratiam redigere
Sarcire protinus offenſas, ne in ſimultatem exoleſcant
Inſtaurare concordiam
Reducere in gratiam
Rumpere contentionis & diſſentionis funem
Contentioni imponere finem
Conjungere, Colligare





Copulare, Cic.
Tollere prælium
Componere litem, controverſiam
Sarcire pacem
Litigantes comprimere
Diſſidentes in gratiam redigere
Diſſidium finire
Reſtringere incendium
Conſopire querelas
Pacis glutino diſſidentes conciliare
Procul ejicere quicquid rancorem, quicquid ſimultatem ſapit
Pernicioſum tollere ſchiſma
Quam celerrimè turbata componere
Reconciliare æmulas civitates veri principis eſt, Plin.
Mutuaſque ſimultates reconciliatis animis in bonam gratiam & amicitiam vertere
Paterno eniti ſtudio, ut pernicioſa periculoſiſſimaque in Chriſtiana religione diſſentio, ad piam unionem redigatur
Tempeſtatem ſedare vel tumultum
Seditiones coërcere
Componere rerum motus, res turbatas, bellorum tempeſtatem
Litis nodum diſſecare
Componere bellorum tumultus
Coagmentare pacem, Cic.
Reparare, conglutinare concordiam
Deponere arma
Diſſenſionem extinguere
Diſcordiam ſedare, placare, diſſipare, tollere
Tragœdiam omnem ſedare
Principum cohibere arma
Pacem orbi reddere
Pernicioſiſſimum mundi tollere diſſidium
Frementem civili odio ac bello pacare civitatem
Ad pacis concordiæque ſtudium totis viribus incumbere
Nihil non facere pacis conglutinandæ ſtudio
Componere bellorum undas
Principum motus componere
Rejectis bellorum ſeminariis pacem adamantinis vinculis aſtringere
Principes perpetua pace inter ſe conglutinare
Acerbis odiis diſſidentes principum animos in Chriſtianam adigere concordiam
Dirimere, tollere controverſiam
Λύειν κάπλειν τὸν ἀγῶνα
Dextras jungere, proverb
Cogere in fœdera, in concordiam diſſidentes
Charitatem reſarcire.
Cum libuit pacem placidis immittere tectis
Libera per tutas ambulat illa vias
Pax ades, & toto mitis in orbe mane
Pax Cererem nutrit
Pacis alumna Ceres
¶ Rem inter ſe tranſigere, concordare, componere
In concordiam redire, revenire
Bonorum virorum arbitratui diſſenſionis cauſam permittere, **to put in compromiſe and arbitrement**
Amicorum arbitrio rem permittere
Ἐπιτρέπειν ὁπαιτις
Compromittere, & Compromiſſum facere, apud Cic.
Compromiſſum paciſci
Ἐπιτρέπειν
Stare judicio aliorum
Relinquere arbitrio, ſententiæ, judicio alterius,
Litem ad boniviri arbitrium mittere
Rem alterius arbitrii facere
Acquieſcere, contentum eſſe arbitrorum ſententia
Ἀγαπᾷν τοῖς δεδικασμένοις
Alterius judicium petere, ſubire; vulgus ſubmittere ſe dicitur.

**to pacifie, to mitigate, to aſſwage.**

Pacare, Placare, Pacificare
Mulcere, Mitigare, Mollire
Lenire, Sedare
Reſtringuere

**a pack**, vide **a Burden.**

**to pay, to content, to ſatisfie.**

Perſolvere, Exſolvere
Solvere, apud Ter. Pendere
Diſſolvere, Debitum reddere
Pendere æs alienum, debitum
Vectigalia, tributum penſitare alicui, pro ſolvere
ἀπάγειν τὸν δασμὸν
Reſolvere æs alienum, mutuatitium
Numerare, Dependere, τίειν
Facere ſatis, Satisfacere
Reſcribere, pro reſtituere, reddere, remunerare, ἀντιμεῖλλειν, elegans eſt apud Hor. & Terent.

### To Pay for another.

Pro alio vel altero ſolvere, ſatisfacere, perſolvere, dependere, præſtare
Illius promiſſio, ſolutio tua erit

### he is not able to Pay.

Non eſt ſolvendo, non poteſt ſolvere, ſatisfacere
Non habet unde ſolvat
Non ſuppetit ut creditoribus perſolvat

### a Pail, vide a Bucket

### Pain, vide Grief.

### a Painful life.

Vita acerba, moleſta, gravis, amara, tædioſa, miſera, infœlix, vide Noble death

### he Painted very well

Apelles, Veneris caput, ſumma picturis politiſſima arte perfecit, mirè pinxit, egregiè ſic ut nemo melius
Singulari expreſſit atque exornavit artificio, egregiis picturæ coloribus illuſtravit, perfecit, ac perpolivit egregiè

### a Pair of ſpectacles, vide Spectacles.

### a Pale, vide Poſte.

### a pale, or ſwart colour.

Luridus, quaſi loidus
πελιδνὸς Subniger
Lividus, Plumbeus,

### a Palace.

Regia ſubſtant. Regia domus
Ædes imperatoriæ, Diæta
Curia, Palatium βασίλειον
Aula principis, αὐλὴ
¶ Aulici, Curiales
Palatini, Proceres aulici, Courtiers
Palatinos fumos frequentare ſequi, to follow the Court
Magiſter curiæ
Præfectus aulæ, palatii, the Steward

### a Pallet, vide a Bed.

### a Pan, vide a Frying Pan

### a Pannier, vide a Basket.

### a Pantable or a ſlipper

Crepido, κρηπὶς
Sandalium, Solea
B. xea apud Apuleium

### a Pantable-maker.

Sandalarius, Crepidarius
Diabathrarius, Solearius

### Paper.

Charta, Chartula, χάρτης
Papyrus & papyrum neutro genere, apud Plinium
Membranula
Macroculum vocat Hermo. Bar.
Chartam longiorem, majorem
πάπυρος, Junci vel ſcirpi ſpecies, in Ægypto naſcens, pro eadem uſurpatur, quod in ea Ægyptii ſcribere ſolebant
Primum ab Alexandro rege inventa

Scapus, a Ream or Quire of paper

### blotting paper that will not bear Ink.

Papyrus bibula, Perfluens
Charta emporetica
Papyrus atramentum tranſmittens, abſorbens

### Paper Royal.

Claudia Charta
Imperialis, Regia, Macrocolum, Plin. à ſtatura cubitalis longitudine.

### a Paramore, ſweetheart

Amaſia, Amica
Amatrix, Gallina
Concubina, παλλακὶς
Corculum, Glycerion.

### to Pardon

Parcere, Ignoſcere
Veniam precari
Dimittere, veniam dare, concedere
Remittere, Indulgere
Fulmen ſuum feraque corda recondere
Nec veniam læſo numine caſus habet
Deos poſcere veniam, vide to forgive.

### Parentage, vide Kindred, Parents.

### to Parget, to Plaiſter walls.

Tectorium inducere





Cruſtare
Incruſtare parietes
Lutare, Delutare
Trulliſare
Gypſum inducere

### a Park, vide Foreſt.

### to keep or hold a Parliament.

Conventum facere
Conventum agere, peragere, agitare, celebrare
Comitia facere, apud Cic.
Comitia agitare, habere, & gerere pro habere
Comitia, Synodum celebrare
Aiunt brevi ſummorũ principum conventum Ratiſbonæ fore
Ire, conferre ſe ad comitia,
Cogere concilium, ſynodum, ἐκκλησιάζειν
Inſtituere comitia
Indicere conventum, comitia celebranda Bruxellæ
¶ Indicere, edicere comitia ſacra
Generalem indicere ſynodum
Comitia differre, vel detrudere
Rejicere in alium menſem, in annum alterum
Inſtituere, inire conventicula, conciliabula, de ſceleratorum & hæreticorum conciliis dicitur
¶ Sacri Imperii, vel imperialia comitia
Imperii conventus
Conventus Imperialis, ſolennis, vide to Gather.

### a Parlour, or a privy chamber.

Cœnaculum, Varro
Cœnatio, Columel.
Conclave, Thalamus
Penates, Penetrale
Domus interior

### to Part, to divide, to ſeparate.

Partiri, Dividere, Diſtinguere
Dirimere, Diſtrahere, Diſſolvere
Deducere, Secare, Diſcindere
Derivare, παρεκχεῖν
Disjungere, διΐστημι
Diſparare, Caſ. Diſſecare
In diverſas partes locare
Sequeſtrare, Diſcriminare
διορίζειν, χωρίζειν,
διατέμνειν μερίζειν
Partes facere
Separare, Segregare
Sejungere, Avellere
Scindere, Semovere
Divellere, Diſgregare
Dimovere, Secernere
Diſcludere pro ſeparare, Virg.
Diſcludere Nerea ponto.
Interjicere ſe pugnæ, to ſtand or ſit between.
Diſterminare, agros propriè concernit

### to Part, to diſtribute.

Communicare, partiri
Impertire & Impertiri
Partem dare, Impendere
Participem facere
Elargiri, Diſtribuere
μερίζειν, μεταδιδόναι

### it is your Part, or it toucheth you very near.

Tua refert, Tua intereſt,
Tua res agitur, Tibi incumbit
Tibi luditur, apud Perſ.
Tuarum eſt partium
Tuæ ſunt partes, Officii tui eſt

### it is not your Part, but mine; it is no matter to you but it toucheth me.

Non tua, ſed mea intereſt
Hoc tua nullam in partem intereſt, mea multum; tua minimum refert, mea plurimum
Ad te nihil, ad me valde pertinet
Tua res in hoc nulla, mea vero agitatur maxima
Hoc ad res tuas momenti nihil habet, vim nullam habet, minimum valet.
Ad meas valet in omnes partes, multum intereſt, refert, multum habet ponderis

### to Paſſe over, vide to omit.

### to Paſſe over the water.

Cymba, navigio trajicere, tranſvehere
Lintre vehere
πορθμεύειν, διαπεραιοῦν
Tranſire, Tranſfretare
Superare, Exſuperare
Emetiri Moſam, Domellam, Albim, Diliam
Tameſim διαπορθμεύειν
Pandis rejicere per freta linteis, id eſt, velis
Tranſmittere, abſolutè
Metiri mare pro tranſmeare
Ire navi, navigio
Trajicere claſſe Italiam

Tranſmittere, trajicere flumen
Tumidas lati ſuperare fluminis undas
Trajicere celeri pede
Exercitum navibus deportari, frequenter Livius dixit
Vi facere viam
¶ Traduci, *Tranſvehi*
Vehi, *Pervehi*
Rumpere aditus
*Tranſmitti*
Innocuum dare alicui iter,
Deferri rate in ulteriorem Moſæ ripam, **to be conveyed or carried over.**

**Paſſed, that is paſt, and gone**

Præteritum, Exactum
Tranſcurſum, Evolutum
παρακεχώρηκον
φθάσαν, Elapſum

**to Paſſe,** vide **to Excel paſſing well.**

**I Paſſe not,** vide **I care not.**

**a Paſport, or a ſafe conduct, a certificate.**

Fides publica, apud L. & Saluſt.
Senatûs placitum, conſenſus
Salvus conductus, vulgo dicitur
Sunt qui poſtremum reprobant, tanquam barbarum, cum tamen *Neotericorum* ſcriptis & apud Suetonium reperiatur in vita Cæſaris
Commeatus, Cauſaria miſſio
Symbolum itineris
Teſſera tranſitus
[illegible]

Libellus profeſſionis

**to give or grant a Paſport.**

Publicam fidem interponere
Tuti itineris literas concedere
Dextram dare ſecuritatis, 2 Macchab. cap. 11. **to give a ſafe conduct.**
Dare vel concedere commeatum, tametſi nonnulli barbarum cenſeant, & etiam commeatum dare ſignificat viarum impendia benignè præſtare, ſumptus ad iter miniſtrare magnificos
Dare fidem, ut tutò ire ac redire liceat
Liberum, ac ſalvum conductum, commeatum concedere
Securitatem præſtare
Unde jure gentium receptū eſt Oratorem ſeu legatum, vel publicum agentem negotium, nec cædere, nec violare
Πρέσβειον ἐ τύπτειν, ἐδὲ ὑβρίζειν
Salvum conductum dare
Plebeſcito poteſtatem facere impunitate promiſſa, quod Græcè eſt
ἄδειαν διδόναι ἢ ἀσφάλειαν
¶ [illegible] itatem a q[illegible] quam poſtulare, **to require a paſport.**
Accipere fidem publicam, id eſt, impetrare ſalvum conductum
Publica fide venire, ac redire, **to come upon ſafe conduct.**
Fidem publicam habere, & ita ad comitia adventare

**for Paſtime or ſport.**

Animi cauſa
Animi gratia ſubticetur eleganter dictio reficiendi vel recreandi
Oblectamenti cauſa
Delectationis cauſa
Animi laxandi cauſa, gratia
Voluptatis cauſa, apud Val.
Ad oblectationem
Oblectandi noſtri gratia, nam laxamento opus eſt

**a Paſture, a place where beaſts feed.**

Ager compaſcuus, ſeu paſcuus ager
Paſcuum, neutrius generis
Paſcua, ſub fœminino genere frequens in ſacris,
Pratum

**a Patent,** vide **Bull.**

**Patient, quiet.**

Patiens, τλήμων: Æquanimus, Longanimus, Tolerans, ſuſtinens, Socrates
Communi animo
Æquo animo ferens
Adverſa quæque ac contraria boni conſulens

**to be Patient, to take patiently.**

Pati, ferre malum fortiter
Æquo, leni animo pati, ferre patienter, pro quo vulgus patientiam habere dicit
Eodem vultûs tenore, etiam adverſis interpellantibus, perſtare
Solinus de Socrate.
Malum efferre, Cic. patiendo ſcilicet vincere, ſub-



ſubducere, ſepelire

**Patient in adverſity,** vide **ill Fortune.**

**Patiently.**

Æquanimiter, Patienter
Fortiter, Conſtanter
Toleranter, Tranquilla mente
Patienti, conſtanti, pari, æquo, bono animo ferre.

**a Path,** vide **a Way.**

**a Patron, a Protector, a defender.**

Patrocinator, Patronus
Protector, *Defenſor*
Tutor, Defenſator
Mæcenas

**a Pavilion,** vide **Tent.**

**to Pauſe,** vide **to Tarry.**

**to make Peace,** vide **to pacifie.**

**to hold his Peace, to keep ſilence.**

Tacere, Reticere
Obticere, Obticeſcere
Conticere, Conticeſcere
Labia comprimere vel linguam, vocem
Pythagorico uti ſilentio
πυθαγορίζειν,
Linguam frænare, refrænare
Digito labellum compeſcere
Tenere ſilentium, apud Ovid.
Favere abſolutè pro ſilere, apud Terent.
Facere finem ſermoni
Favere, adeſſe æquo animo

Favere linguis, apud Senec. & Ovid.
Linguiſque animiſque favere
Silere, σιγᾶν, Supprimere
Harpocratem agere, vel Angeronam
Continere audita, arcanum celare
Redituras per jugulum voces retinere
Tenere ſe in ſilentio vel intra ſilentium
Premere vocem, eſt ſubitò obmuteſcere
Obliterare, Inmuteſcere
¶ Silentio præterire, involvere
Tranſire, Pertranſire
Supprimere, Prætermittere
*Taciturnitate*, ſilentio celare
Neſcire quod ſcias
Diſſimulare quaſi neſcias
Premere quicquam ore, **to keep cloſe.**
Manum ad os imponere
Obdere, imponere frænum ori, labiis
Non temere apud quemvis effutire
Continere vocem ſtultitia indicem, apud Cic. Conſilere vocem
Præſtare ſilentium, apud Ovid.
Præterire, Omittere
Nullam de re facere mentionem
Prætercurrere, *Tranſilire*
Saltum facere, **to paſſe.**
Quod muti citius loquantur quam illi
Cujus dicta pennis carentia haud longè avolant
Libere dixeris, verba ſine pennis erunt
Quod ſcio, neſcio
Silentium dare, facere, agere

Harpocrati dictum eſſe Puta
Vel lapides citius loquantur
¶ Silentium vendere magna pecunia apud Aſcon. pro accipere pecuniam pro ſilentio
In ſilentium deſcendere
Argentinam pati, ut de Demoſthene ferunt

**a Pearl.**

Margarites, vel itum, Gemma
Margarita, μαργαρίτης
Unio, & per ſimilitudinem *Bacca*

**a Piece, or morſell.**

Pars, Particula
Fruſtum, Fruſtillum
Petia, juriſconſultis frequens, ut petia terræ, ſed Gallica potius dictio quæ *Latina*
μέρος, μέριον
¶ Reciſamentum papyraceum, chartaceum, membraneum, **a Piece of paper or parchment.**

**Piece-meal, in Pieces, morſels or gobbets.**

Minutatim, vel minutim
Inciſim, Fruſtatim
κλασμαδὸν, Fruſtulatim
Aſſulatim, Aſſulatim
κατὰ σκινδαλμούς
Membratim, Gradatim
Particulatim, Per membra
Articulatim, Oſſiculatim
Partim, per partes, παρὰ μέρος,
Per numeros, Per ſpecies

**a piece of trouble, a troubleſome buſineſſe.**

Difficilis res eſt, laborioſa, non facillima, minime facilis, difficultatis habet, negotium laboris plurimum

Non ea res eſt, quæ facilè, parvo negotio, levi labore, non magno ſtudio effici poſſit

Magnæ difficultatis, multi laboris, non parvi negotii, non operis exigui

Laborioſa, operoſa, graviſſima res eſt, in qua ſudandum ſit, ſuſtinendi labores

Multum operæ ponendum, vigilandum, excubandum animo ſit, non leviter laborandum, ſtudii multum, induſtriæ plurimum ſit adhibendum

**a Pellet, vide Gun-ſtone.**

**to Pilgrimage, vide to go in pilgrimage.**

**a Pen-horn.**

Calamarium, θήκη
Graphiarium, Theca calamaria
γραφικὴ θήκη, Theca pennaria
Theca graphiaria

**to make one penſive, vide to grieve one.**

**Penſiveneſſe, Sadneſſe.**

Anxietas, Angor, Sollicitudo
Ægritudo, Triſtitia, Mœſtitia
Dolor, gravitas, Luctus.

**Penury, vide Scantneſſe.**

**People, vide Flock.**

**Peradventure, perchance**

Forſitan, Forſan, τάχα
Fortaſſis, Fortaſſe, ἴσως
Fors, Forte, συμβὰν
Fortuna, Caſu
Forte Fortuna, Temerè
ἐκ τύχης, Fortuitu vel Fortuito
κατὰ τύχην.

**to Perceive, or foreſee.**

Præſentire, ſubolere
προαισθάνεσθαι
Suſpicari, ſuſpectum eſſe
Suſpicionem habere
Arbitrari, Exiſtimare
Putare, Autumare
Reſcire, Reſciſcere
Odorari metaph. Sicuti Subodorari, & Olfacere
ὀσφραίνεσθαι Olfactare
Tanquam per ſomnium intelligere
Per nebulam reſcire
Per caliginem intelligere, videre
Perſentiſcere, Præſentiſcere
Quodam ſuſpitionis odore ſentire aliquid
Summis naribus olfacere
Per ſomnium quidem meminiſſe
Eſſe in ſuſpitione
Levi experimento conjecturaque qualicunque deprehendere
Suſpitionem in pectus demittere
Animum alicujus tangere dicitur ſuſpitio

**to Perceive, to underſtand.**

Percipere, Intelligere
Mente aſſequi
Comperire, Invenire
Perſpicere, cognoſcere
Accipere, Audire, Videre
Compertum, vel exploratum, habe e
Spectatum, expertum, exploratum, perſpicuum eſt mihi
In promptu eſt mihi

**ye may Perceive, or ſee.**

Videre eſt, Cernere eſt
Videre licet, Cernere licet
Videas, Cernas vel Cerneres, pro cernere potuiſſes

**not to Perceive, vide to Underſtand.**

**a Piercer, vide Auger.**

**Perfectly, vide Exactly.**

**Perfect, vide Abſolute**

**to Perform in deed.**

Præſtare factis & exprimere, apud Eraſmum frequens
In opus transferre
Ad rem ferre, producere
Opere comprobare, perficere
Conferre verba ad rem
Rebus reſpondere, explere,
Effectui mancipare tradere
Effectum dare, to fulfill, Ter.

**Perill, vide Danger.**

**to Periſh, to decay.**

Collabi, Dilabi
Perire, Concidere
Oppidum intercidere dicitur
Intermori, Interire,

Depe-



Deperire, Conſeneſcere
Cadere, Arvina ſaxa
Corruere, Ruere
Ruit alto à culmine Troja
Seneſcere, Inveteraſcere
Labi, Dilabi, apud Cic.
Occidunt, deſinuntque fragilia & caduca, Mutari, Labaſcere
Conflaceſcere, Occidere à cado
Cum fundamento perire
Ἀπόλλυσθαι ἐκ θεμελίων ἀπολλύσθαι
Ruinam minitari, vel caſum
Sic, vetuſtate diſſoluta dicuntur labi, id eſt, ſenſim ruere
Deſinire, finire, to make an end.
Defloreſcere, Metaphora ducta ab arboribus Cic.
Defloreſcit formæ dignitas morbo, aut vetuſtate
Defluere, Metaphora ducta ab amnium flexu, ſimiliter & Effluere, Evaneſcere, Ire in auras, Diſperire, Diſparere, ad nilum recidere
Abire peſſum, id eſt, perditum
Exareſcere, Metaphoricè
Cedere ævo, Soli.
Senio collabi
Monumenta fatiſcere dicuntur
Scripta tempore tabeſcere, vetuſtate deleri, Quæ non penitus ſublata eſt, ſed extat
Cuncta in æquoreos abjecerit irrita ventos
Cuncta in lethæis merſa feruntur aquis
Extinctum longis excidit omne malis, to waſte away by length of time.
Vindicare ab oblivione hominum atque ſilentio laudem prope ſeneſcentem.
Nobiliſſimam familiam jam ad paucos redactam pene ab interitu vindicare. Utrumque apud Cic.

**to renew, or to reſtore again.**

**to Permit, to ſuffer too much, to give over-much liberty.**

Nimium indulgere, permittere
Indulgentius aliquem habere, apud Eraſmum
Lenius tractare, habere
Aſſentari, Obſequi
Dare licentiam, Cic.
Conſentire
Laxare habenas, fræna licentiæ
Remittere fræna
Effrænem non ſatis coërcere adoleſcentiam
Adoleſcentes ſibi permiſſi ſeſe perdunt
Lora, habenas dare laxas
Laxiore ducere habena
Concedere facilè
ἐνδιδοῦναι
Delicatè tribuere, atque ita adoleſcentem, prolem, gnatum, perdere corrumpere, depravare, malis moribus inficere, to marre, to ſpill.
Nimia indulgentia filios infernali barathro immergere
Parentum ſiquidem indulgentia filiorum flagitia in immenſum creſcunt

**a Perpetuall renown, vide Everlaſting.**

**to perſecute, vide to Vex.**

**a parſon, vide a Curate.**

**to perſwade fully, earneſtly.**

Inſtanter perſuadere
Incitare, adducere
Suadendo inducere
Impellere, πείθειν
Inculcare, metaphoricè
Fidem facere alicui
In ſententiam aliquam impellere
Aliqua ratione inducere
Perſuadere
Huic magnis præmiis pollicitationibuſque perſuadet, ut ad hoſtes tranſeat
Movere, afficere, to move.
In ſententiam ſuam trahere quempiam, ſeu adducere
συμπείθειν

**by your perſwaſion, vide Counſel.**

**to peruſe, vide to correct.**

**the peſtilence, or the plague.**

Peſtis, Peſtilentia, λοιμὸς
Peſtifer morbus
Aëris venenum, corruptio
Aër corruptus
Peſtilitas pro eodem, apud Lucr.
Febrilis, atra, peſtilens, dira Lues
Epidemia, vulgo
Contagio aëris infecti.

**a patten, or a wooden ſhooe**

Calceus ligneus, ex ligno
Calo, Solea lignea, Soccum

Ca-

Calopodium καλοπόδιον

Peeviſh, vide Obſtinate.

## a Phyſician.

Medicus, ἰατρὸς, ἀκέστης
Medicamentarius, à Plin. di-
tur cognoſcens morbos
artemque medendi
Medicus quem naturalium
rerum profunda cogni-
tio, curandique fides
commendat
Clinicus à lectis ægrotanti-
um quos frequentat
Medices profeſſor
Artis medicæ peritus
Empericus ab experientia
Arte medica inſignis
Morborum propulſator
Archiater, ἀρχιατρὸς, Medi-
corum princeps
Salvator noſter à D. Hiero-
nymo Archiater dictus,
quod ſit medicus h[illegible]iſti-
anorum, & animarū lan-
guentium præſentiſſimus
opitulator
E[illegible] it refert Galenus Græcis
[illegible] παῖδες, Me-
dici dicuntur
Phœbus, Æſculapius
Chiron, Et Crenlatrus
[illegible]ιατρος, apud Firmicum,
& jumentorum & peco-
rum medicus, quem mulo-
medicum interpretantur
& Veterinarium Colu-
mella cum Varrone vo-
cant a horſe-leach
Et morbi armentarii, apud
Soli. quibus armenta la-
borant

## Phyſick or a remedy.

Medicamentum, Medicamen
Salubre, Salutiferum
Medicina, Remedium
Antidotus vel Antidotum
Venenum pro eodem
Succus amarus, apud Poët.
Pharmacon, Mithridates
Theriace, Medela, ἄκεσμα
ἄκεσις
Alexicacon, ἀλεξίκακον, quod
etiam Amuletum dicitur,
eſt remedium contra quæ-
cunque mala ac vene-
na
Alexipharmacon, auxiliare
medicamentum
Salus pro remedio, Virg.
Una ſalus victis

## to Pick out, v. to chuſe

## a Pike, a Spear.

Haſta, framea Germanorum
Lancea Hiſpanorum à lati
tudine ferri dicta λόγχη
Pilum Romanorum & te-
lum
Materis geſſum vel geſum
Gallorum
Quiris Sabinorum
Juſſus Bavarorum
Sabina Illyricorum
Sariſſa Macedonum, Tragu-
la
Haſtile, Contus, Cuſpis, pro
haſta
Halabarda, an Halbard,
apud Eraſmum, omnibus
ferè eſt apparitorum, ſti-
patorum, Germanis tam
ſuperioribus quam infe-
rioribus in uſu. Hæc à
nonnullis dicitur Cymi-
gellus, ab aliis Bipennis
Venabulum, στύραξ
¶ Haſtis pugnare, dimicare
δορατίζεσθαι
Μάχεσθαι διὰ δοράτων

## a Pillar, a Prop, a Stoze

## a Stay.

Pila, Columna
Columella, Plinius colum-
nas ſtellas appellat
Fulcimentum, Fulcrum
Cippus pro Columna poni-
tur
Stylus, Anchora, domus me-
taph
Gubernaculum, Terent.
Columen familiæ, cui reliqua
domus innititur
Epiſtillum, Latinè, Capi-
tellum, the Chapter of a
pillar, the foot of a pil-
lar

## Pils of phyſick.

Pilulæ, quod ad ſimilitudi-
nem pilæ ſunt ſpherica
figuræ
Trochiſci, qui Græcis dicun-
tur Catapotia à καταπίνειν
Cathartica, a purgation
Vitioſo purgare corpora
ſucco.

## a Pillory.

Colliſtrigium, Columbar.
Numellæ
Cavea pro maleficis & adul-
teris caſtigandis, ſuper-
poſita poſti erecto

## a Pillow, vide Cuſhion.

## a Pair of pincers vide tongs.

## a Pipe, a flute.





Phiſtola vel fiſtula, Cala-
mus
Tibia, αὐλὸς
Syrinx, vel Syringa, σύ-
ριγξ
Avena per metonymiam
ſicut & Canna

## a Piper, a fluter, a min-ſtrel.

Tubicen, med. prod. qua-
ſi Tibicen, hoc eſt, αὐ-
λητὴς auletes, apud Græ-
cos, cujus fœmineum αὐ-
λητρὶς, quæ in Tibicina
cadit
Tibicina Tibiciniſtria & Ti-
bicinaria
¶ Lyriſtes, lyricrepa, lyri-
cen, λυρῳδὸς qui lyra ca-
nit
¶ Cornicen, qui cornu ca-
nit, κερῳδὸς, Cornicinius,
apud Cic
¶ Tubicen, med. corrept.
qui in tuba, id eſt, Buc-
cinator vel æneator, a
Trumpeter, ab ænea
tuba
Canens tuba, Claſſicus
¶ Liticen, qui in lituo ca-
nit
¶ Choraules vel Chorau-
la, a piper for a
dance.
¶ Aulœdus, aut fiſtulator
Latinè
Ciceroni, & apud Mantua-
num, fiſtulicen, a Flu-
ter.
¶ Fidicen, med. cor.
¶ Citharœdum, κιθαρῳδὸς,
vel citharam tenden &
Apollinei peragens offi-
cium vatis, citharam
plectro crepitante fa-
tigans, a Harper.
Favoris emerendi gra-
tia chordas percute-
re

## to Pipe, to flute.

Ludere fiſtula, tibia, ca
lamo agreſti, Canere ti-
bia
Αὐλεῖν
Dat tibia ſonos. Stridebat
tibia cantu
Agere tibicinem
Tibiæ modis convivas oble-
ctare
Ad numeros rafilem inflare
tibiam
Syringa melos fundere
Reſonis cannis, dulciſo-
na modulari carmen ave-
na
Fiſtularum imitari modulos
tubarumque concentum.
Soli.
Peritus ore fiſtuláque can-
tare

## to Piſſe, to make water.

Mejere, Mingere οὐρεῖν
Facere urinam, Lotium fa-
cere
Veſicam levare, exonera-
re
Emittere lotium, urinam,
vel excernere
Micitare, Urinam redde-
re
Agere flumen, to make
a River, Ciere, pro-
vocare, movere uri-
nam

## a Piſpot, a cham-ber-pot, a cloſe-ſtool.

Matula, Urinale
οὐρητρὶς, ἀμίδα [illegible]
Metalla, apud Martialem
& Metellio diminut, [illegible]
[illegible]
Scaphium, σκαφεῖον
Vaſculum urinarium, ex-
crementitium

## to Pitch his tents.

Caſtrametari deponentale,
aut diſtinctim
Metare caſtra, κατα[illegible]-
ζειν
Caſtra ponere, locare
Stationem habere, tende-
re
Facere, figere caſtra, apud
Cæſ.
Tendere papiliones, taber-
nacula
Figere tentória
Στρατοπεδεύειν
Conterere caſtra caſtris,
eſt ex oppoſito metari.
Cæſ.

## a pitchfork.

Marga, æ, Columel.
Furca, Furcula, δίκελλα
Furcilla, Bidens, δίοδους
Tridens, τριαίνα

## pity, vide compaſſi-on.

## to give place, vide to Recule.

## to put in the place of another, vide to ſuborn.

## the plague, vide peſti-lence.

## to have the plague, or to be ſick of the plague

Peſtifero igni æſtuare, ex-
æſtuare

Peſte laborare, morbo exitiali, Lu.
Λοιμώσσει the Plague increaſeth, or wareth very hot
Vegetus, Aëre corrupto perniciosiſſimus naſcitur morbus, Peſtilens contagium paſſim locorum ſerpit
Peſtis incrudeſcit, quum peſtiferi morbi repullulant & ingraveſcunt paſſim vagantes
Dicitur præterea Graſſari, Sævire, Deſævire, quum nihil à peſtilentia tutum ſed ingenti hominum clade invaleſcit, & omnia novo peſtilentiæ genere conflagrant, ardent

**Stage players.**

Comœdi, Tragœdi
Hiſtriones, Mimi
Pantomimi penult. prod.
Fabularum actores
Planipedes
Ludiones, Ludii
Thymelici, Θυμελικοί, unde in canonibus ſacris
Scenici, Theatrici, Actores
Imperator hiſtricus vel comicus, & Choragus, qui præſunt exhibendæ Comœdia

**to play a Play upon a Stage.**

Agere, recitare, edere fabulam, comœdiam, Edere ſpectacula
Inſtituere ludos
Celebrare, Concelebrare ludos
Ludis celebrare diem natalē
Dare, exhibere ſpectaculum vide Scaffold.

**to Play the wanton, vide Wanton.**

**a Joyner's plane.**

Dolabra, Dolabella, ξέστρον
Dolatoria, apud D. Auguſt.
Planula, idem Aſcia, Aſciola

**Plain, vide Evident**

**Plainly, vide Simply, a plain dealing man**

**to plaiſter walls, vide to parget.**

**a Plaiſter**

Emplaſtrum, quamvis rectius cataplaſma
Malagma, à mollificando
Epithema, quod etiam, a tent ſignificat
Baſilicum, apud Celſum pro eodem
Ceratum, a Ceretloth

**to Plain, or to make plain or ſmooth**

Dolare, χαδιάζειν
Edolare, Dedolare
Polire, Radere
Æquare, Planare
Complanare, Lævigare
Λειαίνειν, Lenire
Dolabrare, Dicitur etiam dolio, is
Aſciare, Exaſciare
Scabrum, impolitum, vel diſtortum planum reddere, levigare:
Pilare pro cōplanare, πιλεῖν

Abradere aliquid acuta dolabra
Aliquod opus politius limare
Delimare, Elimare
In quadrum redigere, to ſquare, in ordinem aptamque ſtructuram concinnare, exæquare
Exaſciatum opus apud Plautum, id eſt, utrinque dolatum, lævigatum, nondum tamen undequaque expolitum
Forma tudi delineare

**to plant.**

Plantare, Experare ſulcis
Cōcretam radicem effigere terræ
Radice in tartara tendit
Penitus terræ defigere arborem
Vitem tenui committere ſulco
Humo tegere ac foveis abſcondere
Plantas, ſtirpes obruere terra
Summum cacumen mandare terræ
Plantas feraces figere humo

**a Plate of any mettal.**

Lamina, Ἐλασμὸς, Bractea
Bracteola ex quibuſcunque metallis
¶ Bracteatos & bractearius a Platebeater

**a Platter, vide Diſh.**

**to Plead, to go to Law.**

Judicio decertare, contendere
Litem



Litem agere, Litem habere
Lites agitare, Certare
Lege agere, Judicio experiri
Δικάζεσθαι
In Jure diſceptare, quod Græcis eſt
Δικαιολογεῖσθαι
Cauſas agitare, apud Mar.
Suſcipere litem
Litigare
Cauſam, lites agere, apud Eraſ.
Contendere
Diſceptare, Judicum ſententiis controverſiam finire
Inire controverſiam, diſſolvere
Agere ſyngrapho cū aliquo
¶ Litium tricis ſeſe impedire
Habitare in foro, apud Cic. in forenſi cōmentatione aſſiduum eſſe, ſtill pleading.
¶ Forum agere, Jus dicere
Judicia exercere, Judicare
Dijudicare, to judge to ſit in judgement

**a Pledge, vide Surety.**

**Pleaſant, Delectable.**

Gravis, Suavis, Placidus
Acceptus, Dulcis
Delicatus, Lautus
Amœnus, Jucundus
ἡδανός, Delectabilis
ἐπίλαυς, Volupe eſt
Voluptuoſum ἡδυσμένον

**Pleaſant and Profitable, vide Learning.**

**a Pleaſant ſaying, merry in talk.**

Dicta dicit ejuſmodi, iis utitur dictis, Ita facetè is valet, ita bellè, ſcitè, venuſtè, argutè, ingenioſe, feſtivè, lepidè jocatur, ut ſingulis verbis riſum excitet, commoveat, faciat, ut audientem mira voluptate perfundat
Ejus dictis, facetiis, vacationibus capiuntur omnes

**Pleaſantly, vide Jeſtingly.**

**it Pleaſeth me, or liketh me well.**

Animo ſedet, apud Virg.
Cordi eſt, Placet, In animo eſt
Perplacet, Ἀρέσκει
Gratum eſt, acceptum
Deo viſum
Placidum eſt, Sedet arbitrio
Arridet, Blanditur, Adblanditur
Frequentius, apud doctos
Pergratum mihi eſt
Accipio legem, conditionem
Placuit animo, ἔαδεν θυμῷ, apud Hom. Lubitum eſt animo
Palato ſatisfacit

**it Pleaſeth me not.**

Diſplicet, Sordet, pudet
Non eſt viſum mihi
Non probo, Nolo

**a Pleaſure or commodity.**

Commoditas, Commodum
Amœnitas, Oblectamentum
Oblectamen, Delectamentum
Delectatio, oblectatio, gladneſſe vide

**to doe one a Pleaſure, or good turn**

Gratificari, χαρίζεσθαι
Beneficium conferre, dare, præſtare
Rem gratam facere
Pergratum illi facies, apud Terent.
Gratum facere, Cic. ſed quando ita natura comparatum eſt, ut qui rem nobis gratam faciunt, in eos voluntate ſimus proniore, non rarum eſt, ut gratificando apud nos gratioſi ſint, i. authoritate multum potentes

**to take Pleaſure, vide Delight.**

**a Plenteous table, vide Banquet.**

**Plentifull, vide Abundant.**

**Plenty, vide Abundance.**

**Plentifully, vide Abundantly**

**the Pleuriſie vide Stitch in the ſide.**

**to Plow, vide to Eare**

**a Ploughman or Huſbandman.**

Arator, Colonus, Agricola
Ruſticola, Ruſticus, Cultor

**to Pluck in ſunder.**

Di

Divellere, Dirimere,
Diſſolvere, Diſtrahere
Detrahere, Decerpere arborum poma, uvas, fructus, Carpere aliquid

### to pluck out, or pull up by the roots.

Evellere, Extirpare
Eradicare, Eruere

### the Spaniſh or French pox.

Scabies Hiſpanica, Gallica
Scabies, Neapolitana Lues,
Poſca Gallicæ apud Eraſ.
Gallica lues. Pudendagra.
Morbus Gallicus
Sacra ſcabies, i. execranda
Turpi laborare ſcabie, to be ſick of the pox.
¶ Mariſca, alio nomine Condyloma, & Ficus maſculini generis morbus eſt, ſeu genus ulceris fœdi. Excreſcentia carnis circa anum, σύκος vel σύκωσις & hæmorrhois Græcis dicitur, the pyles or hemroids

### poyſon, venome.

Virus, Venenum
Toxicum, Aconitum
Pharmacum, φάρμακον, utrumque ſignificat, Remedium & Venenum
Socratica paſtio
Medicamentum aliquando pro veneno ſumitur
Gorgoniis infectus Venenis
¶ Venenoſus, Virulentus

### to poiſon.

Veneno necare, extinguere, interficere
Mortiferos porrigere ſuccos
Venenare, φαρμάττειν
Toxica dare, miſcere
Pharmaco è medio ſuſtollere
Venenum alicui infundere
Toxico inficere, ſeu veneno
Corrumpere venenis
Inficere pocula
Miſcere aconitum, Ovid.

### to Pole the head.

Ilus à Trojanorum rege Hor. poſtea Iulus à prima barbæ lanugine. Unde Virg. lib. Æneid. At puer Aſcanius, cui nunc cognomen Iulo Additur, Ilus erat dum res ſtetit Ilia regno
Formoſus, pulcher, regius

*Aſſyria*, vide *Babylonia*

*Aſtrologi*

Aſtrologi, quibus aſtra ſunt à conſiliis, Chaldæi, Genethliaci, γενεθλιακοί, Mathematici
Horoſcopii, Metopoſcopi, Planetarii, Gnomonici, Prognoſtæ
Ἀποτελεσματικοί, Aſtronomi, Conſultis aſtris prædicentes futura
Horoſcopi obſervatores
Syderum obſervantiſſimi
Mathematis Chaldeorum periti
Matheſeos experientes
Sydereæ ſuperſtitionis profeſſores
Emenſores cœli
Naturæ certiſſimi exploratores
Secretorum naturæ conſilii curioſi obſervatores
Naturæ veſtigia indagantes
Aſtrorum ſcientiam profitentes
Ignotas ſtellarum vias, orbéſque tuentes ignotos
Aſtrorum ſyderúmque meatus, cœli itinera, occaſus & ortus ſignorum, deliquia ſolis & lunæ callentes

*Athenæ.*

Athenæ, arum. Civitas Græciæ inter Achæam & Macedoniam. Cecrops primus Athenas condidit omnium bonarum artium inventricem, Philoſophorum & oratorum matrem, Poetaúmque alumnam, à quo dicta Cecropia, & poſtea Mopſopia ac Ionia
Porro Athenæ à Minerva quæ Græcis Ἀθήνη
Urbs Attica, Poſſidonia
Agri Munichii

*Athenienſes.*

Athenienſes etiam dicuntur Athenæi, Attici, Actæi, Tegeſæi, Teſiæ, Cecropii, Cecropidæ, Munichii, Mopſopii, Æacidæ, Erichthæi, Erichthonii
Ægidæ, Marathonii
Cravai
Erichthidæ
Pandonii
Athenienſes & Athenæi à Minerva quæ Athena Græcè dicitur
Attici & Actæi Actæo rege Ovid. lib. 2. Metaph. Separat Anios Actæis Phaſis ab arvis
Theſæi & Theſidæ à Theſeo filio Ægei Athenarum regis, Virg. lib. 2. Georg. Præmiáque ingentes pagos & compita circum Martialis
Theſidæ poſuere. eadem ratione favos Theſæos vocat, id eſt, Atticos, ubi ait, Maſſica Theſeis tam bene vina favis
Cecropidæ à Cecrope rege, Virg. lib. 6. Æneid Tum pendere pœnas. Cecropidæ juſſi
Munichya erat Athenienſium navale, unde Munichii dicti ſunt. Ovid. lib. 2. Meta. Munichióſque volans agros, gratámque Minervæ Deſpiciebat humum
Mopſopii à Mopſopo Athenarum rege, Ovid. lib. Metamorph. Mopſopeum juvenem ſacros agitare jugales
Æacidæ ab Æaco, Ovid. lib. 8. dant placidi curſum redeuntibus Auſtris Æacidis
Erichthæi & Erichthonii, ab Erichthæo & Erichthonio regibus, Ovid. lib. 8. Erichthæas Tritonidos ibat ad arces, eadem ratione vocantur Erichthidæ
Ægidæ ab Ægeo Athenarum rege, Ovid. In epiſt. Inter & Ægidas media ſtatueris in urbe
Marathonii à Marathone Atticæ campo, unde Stat. lib. 3. Syl. Erigonem vocat Marathoniam Syllius l. 14.
Armaque fixa deis aut quæ Marathonius hoſtis perdidit. Sydonius. Et dum Mopſopia ſtipantur per Marathonem
Carnanla à Carnao rege Athenarum
Codridæ à Codro rege quod ſe pro patria devovit
Pandonii à Pandone rege, Erichthonii filio

*Atlantides.*

Atlantides, Atlantis Mauritaniæ regis filiæ, ex Pleione Oceani filia ou nero quindecim, quarum quinque Hyades ſunt nominatæ, reliquæ vero Peleiades, Virgiliades, Virgiliæ, Heſperides

*Attica.*

Attica, regio Græciæ inter Achaiam & Macedoniam ſita, in qua fuit urbs Athenienſis, ſic dicta ab Athide Crani regis Athenarum filia, Acte quoque dicitur ab ἀκτή, quod littus ſignificat. Nam magna ex parte littoralis eſt regio
Cecropia & Cecropis eadem vocatur & Poſſidonia à Neptuno dicta, qui Græce ποσειδῶν
Mopſopia, ac Ionia, ab Ione Xuthi filio
Pandionia quoque Sido. Qui Pandionum movebat Orator Caveam tumultuoſus

*Auguſtus.*

Auguſtus menſis ob honorem Octavii Cæſaris ſic dictus, quum prius Sextilis vocaretur & adhuc ſit, utpote ſextus menſis ab introitu ſolis in Arietem Græce βοηδρομιών

*Aurora.*

Aurora, Matura, Eos ἠώς,
Jubar pro aurora ponitur
Leucothea mater, parens Memnonis, Ovid.
Tithonia conjunx, Pallantias

Memnon, filius Auroræ. Eous, coloratus

Aurora, croeea, punicea, roſida, roſea, luthea, nitida, fulgida, ambroſia, rubea

*Auſter.*

Auſter. Notus idem, Plinius lib. 18. Hæc auſtrum ventis dabat, quem à Græcis Notum diximus vocari

# B

*Babylon.*

Babylon, Hebraicè Babel, quod confuſionem Hebræis ſonat, prius dicta civitas regni Nembroth gigantis, quod in ea regnavit, Chaldæorum metropolis eſt, Meſopotamiæ Aſſyriæque caput, à Babylone quodam ſapientiſſimo Medi filio fundata, authore Cælio; purpuratam meretricem eandem vocat D. Hiero. Et D. Petrus Apoſt. Romam Babylonem vocat ob ſcelerum ſentinam Neroniſque crudelitatem

*Babylonia.*

Babylonia à Babylone civitate aliter Chaldea vocatur & Aſſyria, Babylonis Regio

*Babylonii.*

Babyl. Chaldæi, χαλδαῖοι, Cephenes prius dicti à Cepheo patre

Andromedæ, & Arphaxarei ab Arphaxat rege, ut ſcribit Joſephus

*Bacchus.*

¶ Bacchus Jovis & Semeles filius

Liber, Lenæus pater, qui mentem lenit. Semeles puer, Horat.

Semelia proles, Ovid. Lyæus, Iacchus, Evan. Bromius, Ignigena. Bimater, Dionyſius, Iterum ſatus, Bis ſatus, Nyſæus, Tyoneus, Nictelæus, Genialis, Conſitor uvæ, Indetonſus: Eleleus parens, Baſſareus, Racemifer, Proles Semeleia, Thirſiger

*Bacchæ.*

Bacchæ, Bacchides, mulieres Bacchi ſacerdotes, Sacrificulæ furentes, fanaticæ, Evantis ſorores, Vide Mænades

*Baleares.*

Baleares, Gymneſiæ, Inſulæ duæ in mari Hiſpanico, Majorica & Minorica

Barchimone, nunc depravata voce, Barſilona, vulgo dicitur

*Batavia.*

Batavia, quæ & Bethaſia. Hinc Batavi, Bethaſii qui Hollandi vulgo creduntur

*Belgæ.*

Belgæ, Belgici, Galliæ Belgicæ populi Germanis vicini

*Bellona.*

Bellona Martis ſoror, Dea Belli alio nomine Enyo, & Pallas, dis, quod Pallantem gigantem interfecerit

Bellica Virgo

Tritonis à Tritone palude

Minerva quod vim minetur

Metuenda virago Bellatrix, Bellipotens, & Belligera dea, Bellicoſa Tritonia, Armiſona, Armipotens

*Bithynia.*

Bithynia regio Aſiæ minoris à Bithyno rege ſic dicta, primum Bebrycia, poſtea Mygdonia à Mygdonio rege, Ovid. Nunc quoque Mygdonia flebilis aſtat humo. Claud. Thyni Thraces erant quæ nunc Bythynia fertur, Saluſt. Majorem Phrygiam dicit vocatam & à Turcis ex Tartaria venientibus occupatam

*Bithyni.*

Bithyni, Bithynici, Mygdonii, Bebryaci & Bebryces penultima indifferenti

*Biturici & Bituriges.*

Biturici & Bituriges populi Galliæ Aquitanicæ, qui teſte Plinio etiam Cubi dicuntur, Luc. Et Biturix longiſque leves Axones in arvis

*Bizantium*

*Bizantium.*

Bizantium, Ligos olim, Plin. lib. 4. In quo oppidum Bizantium liberæ conditionis, antea Ligos dictum, nunc Conſtantinopolis, olim nova Roma, Lihuſa, Antonia, Urbs Bizantia à Mant.

¶ Bizantii, Bizantini, Conſtantinopolitani

*Bœotia.*

¶ Bœotia, Βοιωτία, Græciæ regio, Ogygia dicta ab antiquiſſimo rege

Ogyge Cadmeis, ut ſcribit Thucydides, ac Hiantis Aonia prius & Meſapia dicta authore Stephano

*Bœotii.*

Bœotii, aliter Bœoti Luc. lib. 3. Bœoti coiere duces

Phoca, Phociaci à Phociade propinqua regione

Hyanthæi à vetuſtis Bœotiæ populis, Stat. lib. 1. Theb. Exul Hyanthæos invenit regna per agros, Ovid. lib. 5. Meta. Ponte Meduſæo, & Hyanthæa Aganippe, Teumeſii à Teumeſo Bœotiæ monte, Statius, lib. 2. Thé. Non alias tacita juvenis Teumeſius iras Mente acuit. Theſpiaci à Theſpiis oppido Bœotiæ ad radicem Parnaſſi, Stat. lib. 2. Syl. Centum Theſpiacis odorata lucis Stent altaria

Helyconii ab Helycone monte Bœotiæ Muſis ſacro, Statius, lib. 7.

Horrent Tyrrhenos Helyconi plectra tumultus

Cyrrhæi à Cyrrha oppido Phocidis, Idem Statius lib. 7. Mania Cyrrhæa monſtravit Apollo juvenca

Hippocriniſati ab Hippocrene fonte, vocabulum eſt Sidonii Apollinaris

Aganippæi, ab Aganippe fonte ejuſdem loci Muſis ſacro.

Aonii & Aonidæ, quoniam Aonia pars eſt Bœotiæ montuoſa

Caſtalii à fonte Caſtalio

*Bononia.*

Bononia Hetruriæ Colonia, mater ſtudiorum. Felcina prius dicta urbs Felſina, Mantuanus. Felſinea tamen urbe ſenex donatus adibat

*Boreas.*

Boreas, vide Aquilo

*Brabantia.*

Brabantia teſte Blondo Auſtraſia inferior olim vocabatur. Hinc Brabanti, Brabantini, Brabantinici, Brabantigenæ quos Advaticos Cæſar vocat in commentariis

*Briareus.*

Briareus ſeu Ægeon gigas fuit centenis manibus

*Buſcumducis*

Sylva ducis

Ducaria ſylva, nunc Buſcumducis

Hinc denominativa Buſciducenſis

Buſchius Boſchius, Nemius à nemore, & à ſilva Silvius, quod Latinorum regum fuit cognomentum

Sylva ducenſis, apud Eraſ.

# C

*Cadmus.*

¶ Cadmus rex Phœnicum & filius Agenoris. Characteres 16. literarum invenit teſte Plinio. Agenorides Ovid. Sydonius hoſpes. Agenore natus. Antoneius heros

¶ Caletum, Caleſicum, Geſſoriarum Cales

*Calabria.*

Calabria olim Iapygia, Meſſapia, Salentina

*Caliſto.*

Caliſto Licaonis regis filia quæ à Jove compreſſa gravidaque effecta Arcadem filium in ſylvis peperit à quo poſtea Arcadia dicta eſt Elice, Perrhaſis, Urſa major, Nonacrina virgo, Lycaonias

*Camenæ, vide Muſæ.*

*Canopus.*

Canopus urbi Ægypti, nunc Damiata

### *Capitolium.*

Capitolium, καπιτώλιον, Mons Tarpeius, Arx vel rupes Tarpeia, Templum Julium, Saxum Trapeium

### *Cappadocia.*

¶ Cappadocia, Pontica regio prius dicta Leucoſyria, hinc Cappadoces

Cappadoc. & Leucoſyrii

### *Carteia.*

Carteia, cujus frequens menti apud Cæſarem & Oppium de bello Hiſpanienſis oppidum eſt Hiſpaniæ alio Nomine Tarteſſis ſeu Carteſſus. Græ. Carteſius dicitur

### *Carthaginenſes*

Carthaginenſes vocantur Tyrii à Tyriis Colonis, quos illuc adduxit Dido poſt Sichæi mortem. Vir. Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, Carthago

Carchedonii, Cadmæi, quoniam Tyrii, & Phœnices deſcenderunt à Cadmo, Syl. lib. 1. Sacri quam perfida pacti Gens Cadmæa ſuper regno certamina novit

Aſdrubaliani ab Aſdrubale, duce, verbum eſt Sidonii

Eliſſæi ab Eliſa Didone.

Byrſici, quoniam Carthago prius dicebatur Byrſa à corio: Sido, Spernis Eliſæ Byrſica tecta domus. Pœni, Punici, Aphri, Aphrici

### *Carthago.*

Carthago ipſa vocatur Byrſa & Charchedon Syl lib. 2. Quis procul a Tyria dominos depellere Byrſa Virg. lib. 1. Æneí. Mercatique ſolum facti de nomine Byrſam, Claud. in Eutro. Bacchatus per operta tremor Carchedona novit

Καρχήδων. Cadmæa

### *Caſſandra.*

Caſſandra Priami ex Hecuba filia, vates ab Apolline facta, ſed quoniam promiſſis non ſtetit, iratus deus fecit ut illius vaticiniis nulla fides adhiberetur. Briſeis & Lyrneſia virgo nuncupata

### *Caſtor.*

¶ Caſtor & Pollux Jovis & Ledæ filii, Ledæi dii

Tindarei, Amyclæi fratres

Dioſcori διόσκουροι, i. Jovis pueri vocantur, Helenæ fratres

Oebalidæ gemini, Stat. Ambiguo viſus errore laceſſunt Oebalidæ gemini

Tyndaridæ, Tyndari, Cygnigenæ

Therapnæi, Oebalii fratres. Statius. Oebalii fratres pontúſque poluſque ſerenus, Sydus Amiclæum

### *Centauri.*

Centauri, Lapithæ, ſemiviri, ſemihomines, ſemimares, nubigenæ, Ixionides, Ixione nati, Bimembres

### *Cerberus.*

¶ Cerberus janitor inferni, monſtrum triforme, Triceps, Trifaux, tergeminus, inferus canis Echydnæus, Stygius rabidus

Lachymoſæ janitor aulæ Tartareus cuſtos

Janitor Orci, apud Virg. Triforme monſtrum

Ditis avernalis canis inſomnis, impavidus, pervigil.

*Multiceps* Bellua

Corripit objectam Cuſtos Plutonius offam

### *Ceres.*

¶ Ceres, dea frugum, Saturni & Opis habebatur filia, Alumna terrarum, Demeter Δημήτηρ dicta quaſi gemeter. i. e. terræ mater ac Eleuſina mater, ſpecifica, munifica, fœcunda, flava, Teſmophora, Ops Cybele Saturni conjux. Berecynthia, Bona dea Cypria, Cyprigena, Cithera, Acidalia, Paphia, Dionea

Ceres Alma, apud Virg. ab alendo quòd nos alat

Ovid. Et frugum genetrix immenſos ſiſte labores

### *Chalcis*





Chalcis, Nigropontus, Eubæa, nunc Nigroponte vocatur mercatoribus, Hinc Calcidici, Euboici

### *Chalicut.*

Chalicut ab aliis Calocutium & Calocuta, Indiæ Emporium celeberrimum

### *Charon.*

Charon fingitur Erebi & noctis filius

Acherontis nauta, trientis animas tranſvehens ad inferos, Virg. 6. Portitor ille Charon, hi quos vehit unda ſepulti

Stygius ſenex, ſqualidus, triſtis

Aterq; paludis navita Tartareæ

Omnes expectat avarus portitor

Cares aliter Bubaſii, & mulieres

Bubaſides, Ovid. lib. 9 Bubaſides videre nurus, Et Mauſoli à Mauſolo rege Cariæ prius dicti Leliges

### *Chiron.*

Chiron Saturni & Philiræ filius, dimidia ſua parte equus, reliqua homo, unde Centaurus dictus, Phillyrides, Phillerius heros Semivir, Monſtrum biforme, Sagittarius, Æmonius arcus

### *Chriſtus*

Chriſtus, id eſt, unctus Meſſias, Meſſiah Hebrais Verbigena, Unigena

Soter σωτὴρ, i. Salvator ſeu Servater. Salutifer, Archiater, ἀρχίατρος

Medicorum princeps à D. Hieron. dictus

Ἀλεξίκακος mala quæque pellens. Huic nos nomina dedimus Chriſtani, Chriſticolæ, Chriſtiades, Chriſtigenæ

### *Cicero.*

¶ Cicero parens eloquentiæ, & ut Catullus ſcribit, diſertiſſimus Romuli nepotum, Pater eloquii, pater patriæ Juve. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Et eloquium Arpinatis, id eſt Ciceronianum Eloquiis damus Arpinatibus aurem

### *Circe.*

Circe Solis & Perſæ nymphæ filia, veneficiorum peritiſſima, Phaſiſidos, Titanis idos dicta

### *Clivia*

Clivia, Clevania

### *Colonienſes.*

Colonienſes, Agrippinates, ubivii

### *Conſtantinopol. v. Bizantium*

### *Corcyra.*

Corcyra, med. prod. Græcè Cercyra, κέρκυρα, Inſula mari Apriatico vicina, prius Melena dicta & Drepane à Cerere

Item Macris, à Macride, & Scheria nec non Phæacia, nunc Corpheu vel Corſumum vocatur, ſub Venetorum ditione

### *Corinthii.*

Corinthii vocantur Corinthei & Corinthiaci, Ovid. lib. 15. Jámque Corinthiaci cernebam litora ponti

Cypſeli à Cypſelo Ixionis filio, Vir. in Cyr. Cypſelidæ magni florentia regna Corinthi

Ephyræi & Ephyræii, quoniam Corinthus prius vocabatur Ephyre, Luce lib. 9. Incedit caſtris, Ephyreaque mœnia ſervat

Iſthumiaci & Iſthumii ab Iſthmo terra anguſta prope Corinthum quæ ſeparat Ægæum mare ab Ionio, Stat. lib. 2. Syl. Talis in Iſthmiacos ploratus ab æquore portus

Cenchrei à Cenchri portu, Stat. lib. 4. Theo. It comes, Inoas Ephyre ſolata querelas Cenchreæq; manus

### *Cretenſes.*

Cretes, Cretenſes aliter dicuntur

Cretei virg. lib. 3. Ænei. Tertia lux claſſem Creteis ſiſtit in oris

Creſſii, Idem lib. 4. Quam procul incauta nemora inter Creſſia fixit Paſtor, agens telis

Creſſi: Idem lib. 5. Creſſa genus Pholæ

Gnoſii à Gnoſo urbe Cretæ, Virg. lib. 6. Æn. Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna. Gnoſiaci, Ovid. 8. Gnoſiacæque hæret comes invidioſa carinæ

Dictæi à Dicte urbe Cretæ Virg. lib. 3. Æne. Dictæa negat tibi Jupiter arva

Lictii à Licto urbe Cretæ, Virg. lib. 3 Æneid. & Salentinos obſedit milite campos Lictius Idomeneus. Cydonæi, Cydonii, Cydones, Cydoniaci, a Cydone, urbe Cretæ, Ovid. lib. 8. Armàque equoſque habituſque Cydonæaſque pharetras, Stat. lib 4. Theb. Terga Cydoniaca Corythos arundine pulſat

Ariadnei ab Ariadne Minois filia

Minoii a Minoe rege, Ovid. in Epiſt.

Phedræ. En ego nunc ne forte parum Minoia credat

Androgeonei ab Androgeo filio Minois

Gortynii & Gortyniaci à Gortina urbe. Stat. lib. 4. Theb. Arbiter hos dura verſa Gortynius urna

Dories, Δωριεῖς, Dorii & Dorienſes, quoniam tempore belli Trojani Dorici venerunt in Cretam duce Althemene, ibique decem urbes condiderunt

*Creta.*

¶ Creta vel Crete, es, inſula quæ hodie Candia appellatur, eſt ſub Venetorum ditione, centum urbibus olim clara fuit, unde Græcis vocabatur ἑκατόμπολις Mant. urbibus inclyta centum Creta ideo dicta à Graiis Hecatompolis olim. Vocatur quoque Terra Curetis à Curetibus qui in ea habitarunt: Ovid. lib. 8. Ut egreſſus ratibus Curetidi terram contigit. Gnoſia, Gnoſſiaca, Retea, Dictæa, Minoia, Actea, Cydonea, Gortyniaca tellus

*Terra Gortynis*, vocatur etiam Aëraria & Macaros Plin. lib. 4. Maleotes Crates primum Aëriam dictam, dein poſteriores Curetim appellavere. Et Macaron nonnulli à temperie cæli appellatam exiſtimavere

*Cupido.*

Cupido deus amoris, Puer pharetratus Cæcus amor. Ignis indomitus, Cypria proles, Veneris natus. Alatus deus, Cæcus. Alipes

*Cumani.*

Cumani alitèr Cumæi κυμαῖοι, a Cuma oppido Italiæ juxta Neapolim

*Cybele.*

Cybele, Cœli & terræ filia, Saturni uxor, aliter vocatur Ops, Dyndimene, Berecynthia, Pales, Corſica, Cyrnos, Plin. in mari Lyguſtico, eſt Corſica quam Græci Cyrnon appellavere

Carmenta & carmentis, Nicoſtrata Proprié

*Cyprus.*

Cyprus, inſula à Cypro filia Cyniræ ſic dicta, Tellus Veneris quoque appellata, *Man.* Et Veneris tellus pulcherrima Cypros

Ceraſtis & Ceraſtias, à multis promontoriis vocabatur prius, ac Amaruſia

Specca quoque & Amantis authore

Strabone, ab Armante monte Cypri

# D

*Dacia.*

¶ Dacia, Δακία, Valachia, nunc Blachia vocatur, Hinc populi Daci & Dacæ

*Dalmatæ.*

Dalmatæ, Dalmatici, Liburni, Illyrii, Vide Illyrici.

*Danubius*

¶ Danubius, Iſter, Adubanus prius dictus & *Mento*

*Daphne*

Daphne Penei fluvii filia, quæ cum vim Apollinis non poſſet effugere, implorato paterno numine converſa eſt in Laurum. Dicitur Peneis, Peneia virgo.

*David.*

David, Pſaltes ſacer, regius, ac egregius, Vates, propheta regius, ſanctiſſimus, Pſalmographus, ψαλμῳδός

Vaticinus rex, Pſalmicen ſanctus. Cui prima inter fatidicos eſt gloria Vates. Pſalmicus cantor, Filius Iſai quem Græci Ieſſæ vocant, hinc Jeſſæa ſoboles

*Delos.*

Delos Cycladum omnium clariſſima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur eſſe enixa, appellata eſt

Ortygia, à multitudine Coturnicum. Virg. lib. 3. Æneid. Linquimus Ortygiæ portus. Aſtria, Cynthia, Lagia, Chamydia Cynthus, & Pyrpile ab igne ibi reperto, Delphica tellus, Phœbi patria

*Demophoon.*

Demophoon Theſides & Theſei filius dictus, fuit rex Athenarum

*Deus.*

Deus, Θεός

Numen divinum

Spiritus divinus, Supremus Deus

Mundi rector, creator, fabricator, κοσμοποιητής, ſummi Domini numen, Θεῖον

Divinitas, mundi moderatrix, τὸ Θεῖον, Θειότης

Omnipotens, παντοκράτωρ

Victor lethi, id eſt, mortis

Verè optimus maximuſque Κράτιστος, ἄριστος καὶ μέγιστος, quæ Gentilitas Jovi falſo tribuit

Divum atque hominum rex

Maximus cœlicolum

Cœli terræque rex

Princeps generis humani

Verè Panomphæus, πανομφαῖος

Omnium voce colendus, celebrandus, μέγιστος ἀρχηγός, ſummus, divinus, divus, cœleſtis, immortalis, infinitus, æternus, ſalutifer, ſempiternus, inacceſſus

Empyræus, omniſator, altitonans

Aſtripotens, apud Mart.

Καρδιογνώστης, Scrutator cordium, inſpector pectorum

Δωτὴρ ἐάων, Largitor bonorum munificentiſſimus

Vindex quoque ſcelerum & contumaciæ

*Dialectica*, vide *Logica*.

*Diana.*

¶ Diana, Venationis & Sylvarum dea. Phœbi ſoror

Cuſtos, cultrix nemorum, Delia, Latois, Latonia, Trivia, Virgo. Aſtrorum decus, nemorum Latonia conjux, Phœbe

Latonigena, Cynthia

Thoantæa dea apud Ov.

Virgo Potens nemorum Caſta, innupta, Pharetrata, noctivaga, ſalticola, vide Proſerpina

Studioſa pharetræ, Jaculatrix, venatrix, arcitenens

*Dido.*

¶ Dido lingua Phœnicum viraginem ſonat, quod ſe in ignem præcipitando virile quid fecerit

Eliſa dicta, & Phœniſſa

Agenoris, Agenore nata, Sydonis Tyria, Sichæi conjux

*Diomedes.*

¶ Diomedes Tydei filius, Græcorum fortiſſimus, Ætolique rex

Oenides, Ovidio dicitur

Tydides Virgilio

Ætolius, Calidonius heros, apud Stat. vide Tydeus

*Divini.*

¶ Divini, Divinaculi, Arioli

Afflati, ἔνθεοι

Vates, μάντεις

Vaticinantes, Fatidici, Magi

Extiſpices Aruſpices

Auſpices, Augures

Geomantes, Pyromantes

Axiomantes, Divinatores

Futurorum præſcii

Ἐγγαστρίμυθοι, ἐγγαστρίμαντεις

Pythoniſſæ Pythonici, quaſi Apolline pleni, id eſt, qui inſtinctu dæmonis futura conjectant. Lesbius pylis, Curetumos, proverb.

*Dryades.*

Dryades Nymphæ ſylvarum præſides, Hamadryades

*Dyrrachium.*

Dyrrachium, Epidamnum Plin.

Epidamnum colonia, propter inauſpicatum nomen à Romanis, Dyrrachium appellata

# E

*Eccho.*

Eccho, Vox reſona. Nympha vocalis

*Ediſſæ.*

¶ Ediſſæ, quæ nunc regio Medorum in hiſtoria Tobiæ vocatur

*Eduenſes.*

¶ Eduenſes, Edui, Auguſtudinenſes, Galliæ populi

*Emaus.*

¶ Emaus triſſyllabum. Judeæ urbs, alio nomine Nicopolis, Caſtellum ubi Chriſtus cognitus eſt in fractione panis

*Epirus.*

Epirus, ἤπειρος, ſonat terram firmam, ſeu Continentem; regio quæ prius Moloſſia dicta, hodie cum maxima Macedoniæ parte vocatur Albania, à Chaone Heleni fratre Chaonia. Chaonis terra prius dicta

Hinc. Epirotæ, Epirotici, Leucadii, Lucade promontorio:

Actii & Actiaci, ab Actio oppido

Phocai, Phochaici, Chaonii, Dodanigenæ, à Dodona urbe Chaoniæ

Moloſſi Pyrrhidæ, quod in ea Pyrrhus, olim regnavit

*Epicurus.*

Epicurus Athenienſis Philoſophus

Neoclides à Neocle patre, Senex Cecropius, Carterius apud Mart. & Stat.

*Equus.*

¶ Equus Trojanus, Equus fatalis Duratheus, Dardanius, Epæi machina

*Eridanus.*

Eridanus fluvius Italiæ fœcundus & nobilis, Padus aliter dictus

Parens, princeps fluminum, Virgilius, fluviorum rex Eridanus

*Erigone.*

Erigone, Icari filia

Icaris Marathonia virgo.

*Ero.*

Ero puella formoſiſſima fuit ex Seſto Thraciæ urbe, Veneris ſacerdos, Seſta puella dicta ab ortu loci

*Eſau.*

¶ Eſau diſſyl. vel in carmine triſſyl. alias Edom & Seir

*Evander.*

¶ Evander, Mercurii filius, Nonacricus, ſeu Pallantius heros, Ovid.

*Euboia.*

Euboia, Εὔβοια, ſive Eubœia inſula in mari Ægæo oblonga, ideóque Macris dicta

Terra aut ora Eubois: Statius in Achill. Quatitur navalibus ora Eubois. Vide Chalcis, quæ Eubœa urbs, olim etiam Eubœa vocabatur. Hinc Euboici, Capharæi, Abantii. Tanagræi à Tanagro Euboiæ civitate. Stat. lib. 9. Prima Tanagræum turbavit arundo Corœbum

*Eumenides.*

Eumedines furiæ infernales, Acherontis natæ. Noctegenitæ, Vipereæ ſorores. Auguicomæ ſorores. Pœnarum deæ triplices, Quarum nomina ſunt Alecto, Tyſiphone, Megæra

*Eupatoria.*

¶ Eupatoria Paphlagoniæ civitas, Pompeiopolis jam dicitur

*Europa.*

Europa tertia pars orbis, ita dicta ab Europa Agenoris, Phœnicum regis filia, Agenore nata

# F

*Februarius.*

Februarius menſis extremus anni, ut Cicero ſcribit, quod extremo anni menſe populus februaretur, id eſt, purgaretur

φιδρυ-

φιδρυάριος & ἐλαφηβόλιον, Græce.

*Flandri.*

Flandri, Flandricolæ quos vulgo Flamingos vocant

Nervii unde impræſentiarum nomen civitatis Aldenardiæ manet

Morini quoque dicuntur, licet propriè Terwanenſes ſint in finibus Galliæ Belgicæ verſus occidentem, Virg. Extremique hominum Morini

*Florum dea*

Floris, Chloris, Zephiritis, Dea florum, uxor Zephiri.

*Fontes*

Fontes & Fluvii Muſis ſacri. Caballinus fons, Pegaſeus fons, Meduſeus fons, Aganippe. Hippocrene. Liberthreus fons. Pimpleius fons. Phocidos lacus, permeſſus Fluvius, Chephiſi vada, Eurotas.

*Furiæ infernales*

Furiæ infernales

Furiæ flammiferæ

Eumenides Stygiæ

Erynnes ſive Erynnies anguibus implicitæ

Numina malefica

Orci ſatellitium. Alaſtores

Sorores anguicomæ, furentes.

# G

Galli

*Galli*

Galli, Gallicani, Galligenæ Galatæ, Sequanici, Sequanidæ, Franci, Francigenæ, Liligeri.

*Ganymedes*

Ganimedes, Troius filius formoſiſſimus puer fuit, quem quum Jupiter deperiret, in cœlum ab Aquila portari juſſit, & ſibi à calculis eſſe. Puer Phrygius, Idæus, & Pincerna jovis.

*Garamantes.*

Garamantes, γαραμάντες, Garamantici Libyæ populi, matrimoniorum expertes

Arenevagi, à Man. vocantur

Sal Ammone, id eſt, Jove. Nigri, peruſti, inculti.

*Geldri.*

¶ Geldri, Gelrii, Menapii, Geldrenſes.

*Genuenſes.*

¶ Genuenſes ac Genuani, γενυανοὶ Ligures, Liguſtici & Liguſtii. Sidonius, Qui Liguſtiis Euganeiſq; montibus oriebantur, Aſſueti malo laborique Ligures.

*Gigantes.*

Gigantes, fratres Phlegræi, à Phlegra loco Theſſaliæ, in qua Gigantes à Jove fulmine percuſſi

Titanes, Titanii, id eſt. Titani & Terræ filii gigantes omnes impii. Anguipedes, Serpentigeri, Ætnæi fratres. Centimani Mant. Dii veteres qui Centimanos vicere gigantes

Ventrimani, Theomachi, apud eundem. Joſephus & D. Auguſt. ſcribunt Gigantes ex dæmonibus incubis progenitos, quos Terræ filios vocat Moſes.

*Glaucus.*

Glaucus, Deus marinus, maris numen, Minois filius, hinc dictus Minous, Biformis. Dictæus, Porniades & Pornizus.

*Gorgon.*

¶ Gorgon, Meduſa, Phorcynis, terrifica, anguicoma Serpentiferum monſtrum.

*Græci.*

Græci, Graii

Mendaciorum parentes Crinito vocantur. Grajugenæ

Argæi: Virgilius in opuſculis: Septima jam Argæis ſtabulis impenſa laboris

Argivi, Argolici, Dorii, Dorci, Dorienſes, Pelaſgi

Pelopæi & Pelopidæ à Pelope filio Tantali. Virgilius lib. 2. Æneid. Ultra Aſiam magnam Pelopæa ad mœnia bello Venturam. Stat. lib. 10. Ad patrias fuſæ Pelopeidas aras

Hellenes, Ἕλληνες.

Achillæ & Achillidæ ab Achille

Argolæ, apud Euripidem

Achæi, Achivi, Achaici, Inachi, Inachii, Inachidæ, ab Inacho Argivorum

vorum rege, patre Iſidis, Ovid. lib. 5. Faſt. Littus ad Inachium pulvis inanis eam, Stat. lib. 1. Theb. Qua noſtræ cecidere animæ ſtupet Inacha pubes. Idem lib. 5. Lectique potentes Inachidæ.

Agamemnonii, Agamemnonidæ ab Agamemnone, Virg. lib. 6. Æneid.

At Danaum proceres Agamemnoniæque phalanges

Acriſionei ab Acriſio rege Argivorum Abantis filio, Ovid. lib. 5. Me. Achriſionæas Prætus poſſederat arces.

Abantæi, & Abantiadæ ab Abante Argivorum rege patre Acriſii. Ovid. lib. 15. Nuper Abantæis templo Junonis in Agris

Thyæſtei à Thyeſte filio Pelopis

Mycenæi à Mycenis urbe, Ovid. in Epiſt. Briſeidis. Nulla Mycenæum ſociaſſe cubilia mecum juro

Menelaæi à Menelao filio Atrei. Phoronidæ & Phoronæi a Phoronio Inachi filio & Argivorum rege

Perſæi è Perſeo Acriſii nepote. Stat. l. 1. Theb. Perſeus alter in agros

Scinditur. Danai Danaæi. Idem, Tunc ſedet Inachias urbes Danaæque regna

Dolopeiſ à Dolopibus Græciæ populis. Valer. Flac. vidiſſe putant Dolopeiáque buſta.

Iaſidæ ab Iaſio filio Abantis Argivorum regis

Tantalidæ à Tantalo.

Græciæ

Græcia appellata à Græco qui in ea regnavit primus, á cujus filia vocata eſt Attis: dein ab Helene Deucalionis filia dicta fuit Hellas ἑλλὰς

Achaia, Pelaſgia, Dulichia pro Græcia ponuntur & uſurpantur Docta, ſolers, fallax, vana, mendax, Juvenal. Et quicquid Græcia mendax Audet in hiſtoria.

## Grammatica.

Grammatica, Ars Palemonis ſive Palemonia. Juven. in Sat. Odi hanc ego quæ reperit volvitque Palemonis artem.

## Gratiæ.

Gratiæ, Charites, χάριτες, tres Jovis filiæ ſuaves, blandæ, blandientes, elegantes. Acidaliæ ſorores.

Orchomeni deæ triplices, vocantur autem Agla, Thalia, Paſithea vel Euphroſyne.

## Grues.

Grues, γέρανοι. Palamedis aves apud Mart. Aves Biſtoniæ, Strimoniæ, Threiciæ.

Naupliadæ volucres apud Polit. altivolantes, aëreæ, querulæ. Vipiones ſunt grues minores.

# H

## Harpiæ.

Harpiæ rapaces dæmones; dicuntur autem fuiſſe Neptuni & Terræ filiæ in Inſulis habitare, Virgilius tres eſſe dicit, Aëllo, Ocypete & Celæno.

## Hector.

Hector, Troianorum fortiſſimus, Priami filius, Priamides inclytus, impiger, belliger, atrox, animoſus.

## Hecuba.

Hecuba Priami regis uxor Priameia conjux, apud Ovid.

Ciſſeis vocatur Virgilio lib. 7. Ciſſeis prægnans ignes enixa jugales.

## Helena.

Helena, Tyndari regis Laconiæ & Ledæ filia, tantæ venuſtatis, ut fuerit admirationi cunctis, teſte Demetrio Moſco.

Tyndaris Virgilio dicitur, Oebalis, Oebalia pellex Ovidio vocatur, ac Menelais, utpote Menelai uxor, Lacedemonia, Ledæa formoſa, candida, bis rapta.

## Helle

Helle, es, filia Athamantis regis Thebarion. Nepheleis, Athamantias.

## Heraclea

Heraclea Boſphorana civitas olim vocabatur Perinthus, Mant. quæ magna Perinthus. Ante fuit, priſcum mutavit Heraclea nomen. Nunc Carpe.

## Hercules.

Hercules, ἡρακλῆς dicitur quoque Alcides, à bellica virtute, & Amphitryoniades, quoniam credebatur filius Amphitryonis, & Amphitryonius puer, apud Mant.

Alcmena matre creatus, Ovid.

Monſtrorum, ferarum domitor

Claviger gygas, Heros Thebanus

Dictus Tyrinthius ab urbe vetuſta Achaiæ.

Cleonæus à loco ubi leonem interfecit. Lucanus. Ille Cleonæi projecit terga leonis. Proles Jovis

Oetæus, οἰταῖος, ab Oëta monte inter Theſſaliam & Macedon. Signum quoque cæleſte Hercules quod Engonaſis vocatur, Latine Ingeniculus. Indonatus, Invictus.

## Heſiodus.

Heſiodus ex Aſia Bœotiæ vico oriundus. Hinc dictus Aſcræus ſenex, Virg

Aſcræus, Bœotius, Heliconius vates, Politia. At tibi Dædalios montus Heliconie vates. Præceptor arandi, Ovid.

## Hetruria

Hetruria, alio nomine Thuſcia & Hetruſcia ac Tyrrhenia. Umbra quoque Thuſciæ pars. Hinc Umbri & Umbrii, Thuſci, Etruſci, ac Tyrreni.

## Hippodamia.

Hippodamia, Briſæ filia ex oppido Lyrneſſo, Briſeis & Lyrneſia virgo dicta

## Hippolytus.

Hippolytus cœlibem ducens vitam, mulieres conſtanti animo ſpernebat. Theſei & Hippolitæ Amazonis fuit filius, Theſeides & Theſeius heros dictus.

## Hiſpalis.

Hiſpalis Beticæ Hiſpaniæ urbs clariſſima, cognominata Romulea, ob amicitiæ fœdera cum Romanis, Sibilia nunc vulgo dicitur.

## Hiſpania.

Hiſpania, ἱσπανία & σπανία cujus meminit D. Paulus c. 15. ad Rom. primum dicta Iberia, Ἰβηρία ab Iberio fluvio, dein Heſperia ultima ab Heſpero Atlantis fratre, poſtremo ab Hiſpali Hiſpania, quæ quoque Tarteſſia tellus dicitur.

## Hiſpani.

Hiſpani, Iberii, Iberiaci, Virg. Tyrrhenóq; boves in flumine lavit Iberos

Beticolæ & Betigenæ, Syllius, lib. 8. Beticuláſq; viros ſpatiis agitabat iniquis

Heſperii, Tarteſſii & Tarteſſiaci à Tarteſſo urbe Gadibus vicina.

## Homerus.

Homerus Græcorum Poëtarum maximus, prius dictus Meleſigenes, deinde à cæcitate Homerus ὁμήρος quod cæcum ſonat lingua Ionica. Aliter dicitur Mœonides, Mœonius vates

Homerus quoque dictus Colophoniacus & Colophonius ab urbe Mœoniæ Colophone unde originem traxit. Bappius, & Colophoniaco junctus Maro fulget Homero.

## Horatius.

Horatius ab ornando ſic dictus, aliter Flaccus à pendulis auribus, Venuſinus poëta.

## Hungari.

Hungari qui modo, Huni ſeu Hunni Scythiæ populi olim vocabantur. Claud. Nam parat inſidias qui nos aut turpibus Hunnis.

Pannonii quoque dicuntur, Stat.

Pannoniuſque ferox

Pannonis, idos, apud Luca. Idem quod Hungarus, Græci πάιονες Hungaros vocant.

## Hyades.

Hyades, ὑάδες, quæ & Suculæ ac Atlantides dicuntur ſeptem ſtellæ in cornibus & ore Tauri, quæ quoties naſcuntur

ſur vel occidunt, pluvias creant, Triſtes, Imbriferi.

### Hypermneſtra.

Hypermneſtra. Una fuit ex quinquaginta Danai filiabus, quæ (quum ſorores omnes maritos ſuos nocte interfeciſſent juſſu patris) ſola maritum ſuum Lynceum nomine ab inſidiis liberavit, Danais, & Danai filia appellata.

### Hyrcani.

Hyrcani, Caſpii, Aſiatici, populi juxta Mare Caſpium.

# I

### Janus.

Janus bifrons, inſomnis, pervigil.

### Iaſon.

Jaſon, filius fuit Æſonis, hinc dictus
Æſonides, Ovid. Æſonidem mutaſſe velim quo conjuge fœlix
Æſone natus, Pegaſeius heros
Æmonius ſeu Æſonius juvenis, utrumq; apud Ov.
Jolciacus heros
Superbus, periturus, prædo efferus.

### Iaziges.

Jaziges Septem caſtrenſes.

### Icarus.

Icarus, Ἴκαρος, Dædali filius
Dædalides, Dædaleus puer
Glarea, Implumiſque volucer, Dædalaûſque puer, audax, temerarius
Stephano authore, Inſula vocatur Icaris, quæ prius vocabatur Macris

### Icaria.

Icaria inſula in mari Icario, Doliche, Ichthyöeſſa, nunc Nicaria, una Cycladum.

### Ieruſalem.

Jeruſalem, Hieroſolymæ Solymæ, & à Melchiſedech constructa Salem, Jebus prius dicta
Elia quoque vocata ab Elio Adriano reparatore, & Zion à monte in quo arx David annexa Hieruſalem.
Hinc Hieroſolymæ, Jeroſolymitani, Solymi, Gens Solymæ.

### Ieſus.

Jeſus, Salvator, Servator, Soter, σωτὴρ à σώζω ſalvare, hinc dictus eſt Chriſtus quod cunctis ſalutifer venit. Qui per aſpirationem ſcribunt, Iheſus, bene ſcribunt: eſt enim dictio Hebraica, non Græca ex Jod, He, Vau, He, tetragrammaton, & ineffabile, pro quo ſemper Adonai pronunciant Hebræi. Porro Græcis Ἰησοῦς, triſyllabon eſt
Nazareus dictus ab oppido Nazareth in quo habitavit, & ſonat, Conſecratum
Vide Chriſtus, & Deus.

### Illyrici.

Illyrici, Illyrii, Taulantii: Sillius, lib. 15. Quaque per Illyricum Taulantius incola littus
Dalmati, Slavi, Slavones
Dalmatici, Liburni.

### Illyria.

Illyria, Ἰλλυρίς, Illyris & Illyricum, Liburnia, Dalmatia, nunc Sclavonia.

### Inarime.

Inarime, Ænaria, Pythecuſa, authore Plin. Ænaria, à ſtatione navium Æneæ. Hodie vocatur Iſchia.

### Indi.

Indi, Indici, Gangetici, quod prope Gangem habitant: Lucan lib. 4. Et quas ſentit Arabs, & quas Gangetica tellus. Dicuntur etiam Nyſæi à Nyſa urbe Indiæ, & Hydaſpæi ab Hydaſpe, Sydoni. Frangar Hydaſpæas aries impactus Erythras
Ardentes, Sitientes, colorati, fuſci, nigri, Eoidites.

### India.

India, ab Indo fluvio nomen habet, maxima orientalis regio, Aſiæ terminus
Terra Gangetis, Gangetica
Terra Euphratis.

*Infernus*

### Infernus.

Infernus, Avernus
Erebus, Tartarus
Plutonius, Cocytius, Acheruſius, Phlegetontius, Stygius, Acherontæus, Lethæus, Ocrius lacus, fluvius, amnis
Gehenna, Græci ſcribunt ſine aſpiratione mediam
Orcus, Orcæ Charybdis
Stygia palus
Inferus, profundus, imus, mœſtus, triſtis, ater, piceus, opacus, horridus, avarus
Avernalis amnis
Infernalis, Tartareus, Erebeus. Reliqua pete ex priore parte Synonymorum, *Hell.*
Inferni judices
Æacus, Radamanthus, Minos.

### Ino.

Ino, filia Cadmi
Cadmeia proles
Nutrix & matertera Bacchi, Ovid.

### Inſubria.

Inſubria, regio Ciſalpina, quæ Togata quoque dicitur, nunc vero à Longobardis qui ducentis et am annis occuparunt Lombardia vocatur, cujus Metropolis eſt Mediolanum. Hinc Inſubres, Ἴνσοβροι, populi Ciſalpinæ Galliæ.

### Io.

Io, Inachi fluvii filia: Inachis, Inachia proles. Phoronis, idos
Bos pellex.

### Ioppe.

Joppe, Ἰόππη, urbs Paleſtinæ maritimæ, D. Petri miraculo clara, omnium civitatum antiquiſſima, utpote ante diluvium condita, teſte Plin. Nunc vocatur Japhe portus peregrinorum à Japhet filio Nohæ.

### Ioſeph.

Joſeph, Vir Mariæ virginis ut eſt apud Matthæum in genealogia Salvatoris
Nutricius Domini
Fatidicus Juvenis, Mant. Multiplices caſus & longa pericula cernat Fatidici juvenis, Cananæus, Caſtus, formoſus.

### Iphigenia

Iphigenia, Iphianaſſa: Lucretius Iphianaſſeo turparunt ſanguine fœde
Mycenis, Ovid. vocatur liber 12. Metamorphoſios
Agamemnonia puella, Propert.
Pelopeia virgo.

### Iris.

Iris, Ἶρις, Arcus cœleſtis
Junonis nuncia
Pluvius deſcribitur arcus, apud Hor. multicolor, purpureus, nubilus, nimboſus, imbrifer, arcus diſcolor, picturatus, aquoſus.
Thaumantias, Thaumantia proles
Thaumantica virgo.

### Iſmaelitæ.

Iſmaelitæ, ab Iſmaele filio Agar, ancillæ Abrahæ, quos Moyſes Madianitas vocat, Euſeb. Agarenos ſeu Saracenos.

*Iſter Scythiæ fluvius*, vide *Danubius*

### Italia.

Italia, Heſperia major, ab Heſpero Atlantis fratre
Oenotria ab Oenotro rege Sabinorum, Virg. Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt, Oenotri coluere viri, nunc fama minores Italiam dixiſſe, ducis de nomine gentem. Idem, Hinc Italæ gentes, omniſque Oenotria tellus In dubiis reſponſa ferunt.
Latium, quod ibidem Saturnus latuerit: Virg. lib. 8. Latiúmque vocari Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris
Saturnia à Saturno, Ovid. lib. 1. Faſt. Inde diu genti manſit Saturnia nomen
Terra Auſonis & Auſonia ab Auſonio Ulyſſis filio: Ovid. lib. 2. Faſt. Captáque erat Lyricis Auſonis ora ſonis
Itala terra ſeu ora Italis, Ovid. l. 2. de Ponto Mœſiſque cadentes
Excepit lacrymas Italis ora genis
Auſonium ſolum
Romana, Romula, Itala tellus
Magna Græcia Italiæ pars, à Tre

à Tarento uſque ad Cumas olim vocabatur, Ovid. in Faſt. Itala nam tellus Græcia major erat.

Terrarum alumna, Urbibus frequens, populoſa, antiqua, potens, fertilis, gravida bellis.

*Itali.*

Itali, Italidæ, Italici, Ovid. lib. 14 Littore in Italico Meſſenia mœnia, contra Latini

Laurentes, Lavinii, Laurenrenti, *Tyrrheni*, Laurentii, *Latiales*

Auſones, Auſonii, Auſonidæ : *Lucanus* lib. 9. Grata vice mœnia reddent Auſonidæ Phrygibus.

*Judæi.*

Judæi, Judaici, Hebræi, Apellæ, Gens antiqua, Paleſtini, Circumciſi, Vide Synonyma priora, *Jew.*

*Judæa.*

Judæa, olim Paleſtina & Chananæa vocabatur.

*Juliomagus.*

Juliomagus, Andium civitas in Gallia, nunc Andegavia. Angiers.

*Julius*, vide *Aſcanius.*

*Julius menſis*, vide *Quintilis.*

*Juno*

Juno Saturni fingitur filia, ſoror & conjux Jovis, quæ nubentibus & parientibus dicitur præeſſe, unde vocatur Pronuba, Lucina, & Conjuga, ac Socigena, quód mares connubio fœminis ſociet

Saturnia Juno, Virg. Regin.

Sceptrifera Regina deûm, Jovis conjux.

*Jupiter*

Jupiter, quaſi juvans Pater, Saturni filius, Deorum ſummus, cœlo præeſſe, ibidemque pulſo fulminare fingitur

Dictus Pater omnipotens

Dieſpiter, i. diei pater, ab Horat.

Lucerius, i. lucis pater, à Gellio

Saturnigena, à Mant.

Ægiochus nutritus à capra

Divum atque hominum rex à poëtis fingitur, Aſtripotens, altiſonus

Hammon, Corniger, Panomphæus

Altitonans, magnitonans, Omnipotens, Saturnius, Dodonæus

Cenæus, Summus deorum, Rector Olympi, Rex ſuperum

Æthereus princeps, pater æthereus, ſceptrifer, coruſcus, fulminator

A diverſis locis ubi colebatur diverſa habet nomina, Dictæus, Olympius, Olympicus, Idæus, Caſius

Chaonius, Latialis, Auſonius, Capitolinus, Pharius, Ammonius, id eſt, Arenarius à templo illi in arena conſtructo.

*Juvenalis.*

Juvenalis Satyrographus Poeta, Vates Aquinas, quæ illi patria fuit. Ponta. Hinc rugat Aquinas triſte ſupercilium.

# L

*Lacedæmon & Lacedæmones*

Lacedæmon urbs Peloponeſi alio nomine Sparta ; dicitur etiam per Syncopen Lacon pro Lacedæmon.

Lacedæmones, Lacedæmonii

Tyndarei à Tyndaro rege Oebaliæ, & Helenæ patre : unde & Syllius Tarentum vocat Tyndarium

Spartani, Spartæ

Spartiatæ : Sidonius, Spartiatæ rupium variarum poſuere cruſtas.

*Laconia*

Laconia provincia in Peloponneſo, aliter vocatur Oebalia & Tenaris à Tenaro promontorio : Ovid. Tænaris eſt claſſi terra petita mea. Idem. Excepit portu Tænaris ora ſuo.

*Lacones.*

Lacones Λάκωνες penultima producta, ſeu Laconici vocantur Oebalii & Oebalidæ. Ovidius lib. primo Faſtorum, Protinus Oebalii retulit arma Tati, Statius libro quinto Theb. Ambiguo viſus errore laceſſunt Oebalidæ gemini

Therapnæi à Therapnis urbe Laconiæ : Ovidius lib. 5. Faſt. Prima Therapnæo feci de ſanguine florem.

Tænarii & Tenaridæ, à Tænaro promontorio.

*Laodamia*

Laodamia Bellerophontis, ex Achæmone conjuge filia, quæ à Diana telis fuit confixa. Eſt & alia Laodamia, Acaſti & Laodotheæ filia quæ maritum ſuum Proteſilaum tenerrimè amavit ; hæc Achaſtis & Achaſti filia dicta eſt.

*Lapithæ*

Lapithæ Theſſaliæ populi Λαπίθαι, Centaurei vocantur. Virg. Nec Centauros Lapithas compellit in enſes. Pelethronii quoque dicti, Sylveſtres, ſemiferi, ſævi, truces.

*Latinus.*

Latinus Laurentum rex, pater fuit Laviniæ

Faunigena, filius Fauni dictus, Ovid. Faunigenáque domo potitur, natáque Latini

Auſonius ſenex, aliis dicitur. Hinc Latini, Faunigenæ vocantur, Syl. lib. 8. Faunigenæ ſocios bello invaſere Sicano.

*Latona*

Latona filia Cei Titanis, à quo Titanis dicta, Ovid. Quique modo audetis genitam Titanida Ceo Latonam præferre mihi ?

Filia terræ

Gemellipara & Calauria dicta, Ovid.

*Lavinium.*

Lavinium urbs in Latio, quæ poſt Laurentum dicta, & Laurolavinium.

*Leander.*

Leander Abydenus dictus ab Abydo oppido Aſiæ, in littore Helleſponti, in quo natus erat.

*Leucothoe*

Leucothoe Orchami Babyloniæ regis filia, in arborem thuriferam converſa, Orchanis & Arbor Thurifera appellata eſt.

*Lybia.*

Libya Λιβύη, Libye, es, Africæ pars in Pentapoli, & pro tota Africa ponitur poëtis, Luc. lib 1. Per calidas Libyæ ſitientis arenas

Terra Lybiſſa, Terræque in fine Lybiſſæ.

*Lybici.*

Lybici, Lybiſſini, Marmarici à Marmarica regione Africæ. Syllius lib. 1. Marmaricis ales populis reſponſa canebat

Naſamonii & Naſamoniaci à Naſamonibus populis Libyæ.

*Licii Patarei.*

Licii Patarei quoniam Patara eſt urbs Liciæ : Stat. lib. 1. Theb. Seu te Liciæ Patarea nivoſis Exercent dumeta jugis

*Liguria.*

Liguria, à Liguſto Phaetontis filio nomen habens Italiæ eſt regio quæ quoque vocatur

Liguſtica ora ſeu regio, cujus caput Genua, oſtium maris Liguſtici.

*Ligures*, vide *Genuenſes.*

*Lipara.*

Lipara inſula, prius Meligunis vocabatur, autore, Plin. l. 3. cap. 8

*Livius.*

Livius hiſtoriographus Patavinus, lacteo eloquentiæ fonte manans, ut ſcribit, D. Hier.

Antenorides dictus eſt à patria ſua quam Antenor condidit

*Locrenſes.*

Locrenſes, Heſperii, Ozolæ Ὀζόλαι, Locri, Locrii Locridis populi

*Logica.*

Logica ſeu Logice differendi ut ait Boëthius magiſtra, à Zenone Philoſopho qui Eleates erat. Eleatica doctrina dicitur, Philoſophia Eleatica, διαλεκτική, diſputandi, diſſerendi ars

*Lotharinga.*

Lotharingi, Auſtracia ſuperior, eadem *Loreyne*, & Lotharingi olim Leuci vocabantur.

*Londinium.*

Londinium, Londinum Ptolomeo, *Londra* vulgo vocatur, *Britanniæ* inſulæ Metropolis, per quam fluit Thameſis fluvius

*Lucifer.*

Lucifer Veneris ſtella, Phoſphorus φωσφόρος
Stella matutinalis, lucifera
Cythereius ignis, Syl. lib. 12. Haud ſecus Oceano rediens Cythereius ignis
Prævius, ſocius auroræ

*Lucanus*

Lucanus Poëta Hiſpanus, patrem habuit Annæum à quo dictu, vates Annæus. Unde quidam, Cæſaris Annæus caneret niſi prælia vates

*Lucani.*

Lucani, Tanagræi à Tanagro fluvio Lucaniæ. Statius. Tanagræúmque Phalantū

*Luna. vide Moon. in priore parte, & Proſerpina & Diana.*

*Lutetia.*

Lutetia, Galliæ urbs maxima & nobiliſſima, ab aliis Leucotia ſcribitur, quam Græci Λευκοτίαν nominant ab albitudine parietum, vulgo Paris Unde quidam, Quis Gallas inter populoſa Lutetia gentes Nonnulli à luti frequentia ſic appellatam volunt. Oppidum Parthiſ ſitum
Parthiſ pro civitate apud doctos non invenitur ſed Parthuii populus Lutetiam inhabitantes apud Cæſarem in commentariis.
Parthiſienſes, Sequanæ accolæ

*Lydda.*

Lydda Paleſtinæ Lucæ urbs, alio nomine Dioſpolis hodie Rama vocatur

*Lydi & Lydia.*

Lydi ſeu Lydii, Λύδιοι, populi majoris Aſiæ, qui et vocantur Mæonii, Mæones, & Meonidæ, Virg. lib. 8. O Mæoniæ delecta juventus
Item Mæonici
Gygæi à Gyge rege, ut Crœſii à Crœſo ditiſſimo Lydorum rege. Statius, lib. 12. *Si Marathona metu, ſi tecta levaſti Crœſia*
Lydia vocabatur prius Mæonia eſt enim provincia Aſie à Lydo filio Atys ſic dicta

M.

*Macedones.*

Macedones, Macetæ
Pallenæi, à Pallene urbe, quæ olim Phlegra dicta fuit, ubi geſta eſt Gigantomachia, Statius, lib. Syl. Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos
Pæones quoque dicuntur à Pæonia regione. *Statius* lib. Achil. Præterea didici quo Pæones arma rota, tu

*Macedonia.*

Macedonia, Pæonia
*Æmathia* idem, teſte Plinio

*Mænades.*

Mænades, *Mimallones*, Mimallonides nec non & *Bacchæ*, *Bacchiades*, Thyades, fœminæ Bacchantes, *Bacchi* ſacra peragentes, Inſanæ, Ebriotæ, *Baſſarides*, Eleides, Edoniæ, Edonides, Enthriades, vide Bacchus

*Mahometiſtæ.*

Mahometiſtæ, Mahometani, Mahometici: Mahometigenæ Mahometis falſi prophetæ legem ſequentes
Turci ſeu Turcæ, teſte Pomponio

*Mantua.*

Mantua μάντυα
Urbs nobiliſſima & Ducatus Galliæ Ciſalpinæ. Ocniaca
Urbs Tireſiæ dicitur, Mant.
Urbs Bianoris Virg: Præpotens, aquatica, turrigera, vetus

*Mantuani*

Mantuani ſeu Mantoi dicti ſunt à Manto Tyreſiæ filia
Bianorei & Bianoridæ à Bianore Mantus filio qui aliter vocatur Ocnus, Virg. in Buc. Namque ſepulchrum incipit apparere Bianoris. Pontanus in Manto, Quippe Bianoream manet hæc victoria gentem. Ocnæi nepotes
Ocnæi ab Ocno Mantus filio. Strozæ filius. Orbita ab Ocnæis evexit ad aſtra lacunis
Minciadæ & Mincigenæ à *Mincio* fluvio propinquo: Pontanus, Vos ô Minciadæ vos ô mihi manes Eſte boni

*Mare rubrum.*

Mare rubrum. Erythræum mare. Sinus Arabicus
¶ Mare Galilææ. Mare vel lacus Tiberiacus, qui Hebraicè vocatur Cinereth, à Chaldæis Genezareth dicitur
¶ Mare Adriaticum, & Adrianum
Adria maſculini generis
Superum mare
Sinus Adriaticus, raucus, minax, tumidus, ventoſus, iracundus, vide *Sea.*

*Maria*

Maria, ſacratiſſima virgo, Dei mater
Μαρίαμ Græcè, Miriam Hebraicè diſſyllabum eſt, domina vel magiſtra maris interpretatur
Deipara, Θεοτόκος
Dei genetrix, Chriſtifera
Verbigena, Jeſſæa ſoboles
Glorioſa domina
Deifera
Nympha Paleſtina, *Mant.*
Cœlica Æthereа virgo
Inculpata, integra, ſancta, caſta
Diva, Auguſta, pia, aurea, innupta, innuba virgo
Syderei mater formoſa tonantis
Petrar. Virgo decens, quam ſol veſtit, ſtellæque coronant
Virgo illibata, intacta, inviolata, immaculata, intemerata, puriſſima, pudiciſſima, caſtiſſima, ſpecioſiſſima, ter ſancta, ſpiritus ſancti ſacrarium, templum domini
Mater domini, Chriſti

*Mars.*

Mars, deus belli, qui per Epentheſin dicitur Poëtis Mavors, quod magna vertat. Furor impius
Præterea Gradivuus, quum ſævit, haſtamque vibrat. Bellipotens
Sithonius dux, cruentus, funeſtus, armiſonus, Belliger, Bellicus, Ferus, Ferox, Sanguinolentus, Cruentus, Sævus, Durus, Dubius, Indomitus
Marſpiter, id eſt, Martis pater, pro eodem ponitur

*Medea*

Medea μήδεια, Ætæ regis Colchorum filia veneficiis clara
Poetis vocatur Æetias, Æetis idis, apud Ovid.
Item Colchis pro Medea ponitur ſicut
Phaſias & Phaſis, Ovid. Barbara per natos Phaſias ulta ſuos

*Mediolanenſes*

Mediolanii, μεδιολάνιοι, Mediolanenſes. Inſubres
Hujus civitatis (ut legitur in quadam Ambroſii epiſtola) fundamentis faciendis dum excavantur foſſæ, ferunt in terræ viſceribus inventam fuiſſe, (mirum dictu!) ſuem dimidiatim laniatam à quo portento dictum fuit *Mediolanæ* urbi nomen. Ad quod alludit Claudianus de nuptiis Honorii & *Mariæ* ſcribens: Continuo ſublime volans ad mœnia Gallis Condita *Lanigeræ* ſuis oſtentantia pellem pervenit. Item Sidonius. Rura paludicolæ temnis populoſa Ravennæ. Et quæ lanigera de ſue nomen habet

*Meduſa*

Meduſa, filia fuit Phorcy Hinc dicta Phorcynis & Phorcys, id eſt, Phorcy filia, Luca. lib. 9 Squallebant late Phorcynidos arma *Meduſæ*, Monſtrum vipereum
Saxificus vultus, Anguiferum, colubriferum, Gorgoneum caput. Anguicoma, *Squamigera*, Crinita, Meduſea ora
Gorgonea, anguitenens, vide *Gorgon*

*Meleager*

Meleager & Meleagrus, Ocnæi Calydoniæ regis filius, ex Althea conjuge
Oenides, Calydonius heros. Oeneius heros appellatus

*Memphis*

Memphis quæ olim vocabatur Ægypti Metropolis clariſſima Sultani quoque regis, nunc Cairum dicitur Latinè, Alkara vulgo Nilotica, Babylonia, fatidica, torrida

*Menelaus.*

¶ Menelaus, filius fuit Atrei, frater Agamemnonis, maritus Helenæ, rex Spartæ
Atrides major dictus. Ov. Qua prius infeſto Paris eſt ereptus Atridæ
Doricus hoſpes vocatur Sidonio
Tantalides, ab avo Tantalo, ut Agamemnon, vide *Agamemnon*

*Mercurius.*

Mercurius, filius fuit Jovis & Maiæ, fingitur Deorum nuncius ac interpres, ob hoc Hermes dictus
Maia genitus, creatus, natus
Maiugena, Cyllenides, Cyllenius
Cyllenia proles, Vir. Materno veniens ab avo Cyllenia proles
Volucer deus, aliger, penniger
Caducifer, Pacifer, Alipes deus. Jove natus. Deus ales, Pleiones natus. Pacifer deus, nepos Atlantis
Ales Mænalius. Eſt quoque Planetarum infimus & minimus, alio nomine Stilbon στίλβων, id eſt, radians vel ſplendens
Et quia nimis vicinus ſoli fingitur peruſtus

*Meſſana*

¶ Meſſana, Zancle quod falcis formam referat ſic dicta: Nunc Meſſina vulgo dicitur, Siciliæ civitas vetuſtiſſima

*Metis.*

*Metis* in Lotharingia alio nomine
Divodurum. *Mediomatrices* incolæ, qui & *Merenſes*

*Midas.*

*Midas* Phrygum rex ditiſſimus, cui Apollo aſininas addidit aures
Berecynthius heros

*Miletus*

Miletus urbs Ioniæ, Lelegeis, Pityuſa. Anactoria authore Plin.

*Minerva*

Minerva, ſic dicta quod vim minetur; ex Jovis ſeu patris cerebro nata, ut ſcribit Lucanus
Lanificii & texturæ nec non artium & ſapientiæ repertrix
Dea quoque bellorum fingitur
Martis ſoror & auriga, truculenta, Belligera, ferox

*Minos*

Minos filius Jovis & Europæ, rex Cretenſium, fingitur judex inferorum poſt mortem. Propert. Non tamen immerito Minos ſedet arbiter Orci
Agenoreus judex, apud Stat.
Cortyneus heros, apud Virg.
Dictæus, Gnoſiacus rex
Cydoniacus arbiter, Judex torvus, funereus, rigidus, immitis, ſeverus, juſtus

*Moloſſi*

¶ Moloſſi Epirotici, Chaonii, Leucadii, vide *Epirus*, *Epirotæ*

*Morpheus.*

Morpheus ſomniorum deus Icelos, Phanthaſos, Phobetor, Somnifer, Fallax, Simulans

*Montes Muſis ſacri*

Montes Muſis ſacri
Helicon biceps, Parnaſſus bifidus
Pierus nubifer, Cytheron virgineus, Pindus aëreus

*Moſchi*

Moſchi, Moſcovitæ, olim dicti Hamaxobitæ, Sarmatis vicini populi: Unde Luc. Sævisque affinis Sarmata Moſchis

*Moſes*

Moſes diſſyllabum, apud Hebræos Moſch. interpoſito y nonnunquam in carmine triſyl. Moyſes, apud Sedul.
Hebraicus legiſlator, qui Geneſin, mundi genituram, conſcripſit



Inclytus Judæorum dux
Propheta ſacer, eximius deiloquus, fatidicus, radiatus

*Muſæ.*

Muſæ, μοῦσαι, quæ & Camœnæ quaſi canentes amœnè, Jovis & Memoriæ filiæ, finguntur poëtis, quæ quidem deæ poëtis & muſicæ præſunt. Et à diverſis locis, montibus, & fontibus, quibus gaudere dicuntur vel habitaſſe, diverſa ſortitæ ſunt nomina. Ab Helicone monte Bœotiæ Heliconides, à Parnaſſo Parnaſſides
Mnemoſynides, Mnemoſynea propago, Meonides, Phœbiades, Aganippedes, Permeſſides, Cephiſides, Camœnæ
Pieriæ & pierides, Theſpiades, Pegaſides, Hippocrenides, Cytheriades, Aonides, Caſtalides, Libethrides Pympliades ſeu Pympleæ

*Nomina & earum inventa hæc ſunt.*

| | |
|---|---|
| Clio *invenit* | Hiſtorias |
| Euterpe | Tibias |
| Thalia | Comœdias |
| Melpomene | Tragedias |
| Terpſichore | Pſalterium |
| Erato | Geometriam |
| Polyhymnia | Rhetoricam |
| Urania | Aſtrologiam |
| Calliope | Literas |

*Myſii.*

Myſii, Theutrantæi, Theutranii

# N

*Napeæ.*

Napeæ deæ ſive nymphæ virgultorum
Oreades montium deæ ſeu nymphæ
Naiades fontium & fluviorum nymphæ ſive deæ

*Naſamones.*

¶ *Naſamones* penul. prod Naſamonii· Naſamoniaci, Libyæ populi

*Naxus.*

Naxus inſula mari Ægæo antea Strongule dicta, & poſtea *Dia* fuit appellata, Catul. namque fluentiſonæ proſpectans littora Diæ. Plinius Naxon à fertilitate vinearum Dionyſiam dici ſcripſit; alii Siciliam minorem, alii Callipolin appellarunt: Virg. Bacchatumque jugis Naxon viridemque Donyſan

*Neapolis.*

Neapolis, ad mare ſita præclara Campaniæ urbs, à Cumanis condita
Siciliæ continentis jam civitas regia, dicta quoque Parthenope, quæ olim vocabatur Phaleron. Hinc dicti Neopolitani, & Parthenopæi.

*Neptunus*

Neptunus filius Opis & Saturni, dictus Ennoſigæus quaſi concutiens terram, Juven. Ipſum compedibus qui vinxerat Ennoſigæum
Æquoreus, tridentifer deus Maris deus, Rex, Rector, Glaucus, Pater profundi, Parens aquarum, Heſiod. Salſipotens, Ceruleus
Arbiter pelagi, Pater ventorum Hor. Pelagi rector
Rex undarum, pro mari ponitur Neptunus, ut Cerulei campi & Cerula via à Plauto ponitur, Cic. in Arato, Neptunia prata ſecantes

*Neſtor*

Neſtor Nelei filius facundiſſimus, trecentos fertur vixiſſe annos
Hinc dictus Neleius tetraſyl. & Nelides, Ter ævo functus, Hor.
Triſſeclis apud Gel. Pylius ſenex: Grandævus

*Nicia*

Nicia & Nicæa, Aſiæ ac Bithyniæ metropolis celebris, ſynodo 318 Epiſcoporum jubente Conſtantino coacta, prius dicta Antigonia & Ancore, [illegible], teſte Ste.

*Nilus.*

Nilus, Meloprius, & à quibuſdam Geon ſeu Gion dicitur, ſeptem habens oſtia.

*Ninive*

Nineve med. correp. Urbs Aſſyriorum, quæ & Ninos

nos dicitur, à Nino rege, ut ſcribit Aug. ab Aſſu ædificata

*Noe.*

Noe, Hebraicè, Nohe, viſitator, Noeus

*Normania.*

¶ Normania, Neuſtria, Galliæ regio. Hinc Normani Neuſtrici.

*Nymphæ.*

Nymphæ, Aquarum, Marinæ deæ. Æquoreæ, Fluctigenæ, Oceanitides Gerulæ, Cerulææ; Glaucæ, Nereiæ quatuor ſylla.

Nereia turba, Syl. Nerinæ Nerides

## O

*Oceanitides*

Oceanitides, Mant. Nereides, vide montium, Sylvarum, fontium deæ

*Occidentales.*

Occidentales, Occidui, Ovid.

Veſper & Occiduo quæ littora Sole tepeſcunt, Tarteſſii à Tarteſſo urbe Gadibus propinqua

Ovid. lib. 14. Preſſerat Occiduus Tarteſſia littora Phœbus

Tarteſſiaci, lib. 6 Jam Tarteſſiaco quos ſolverat æquore Titan.

Heſperii

*Oenone.*

Oenone, Nymph Phrygiæ, quæ Paridem adamavit. Pegaſi, etiam dicta

*Ophiuchus.*

Ophiuchus cœleſte ſydus eſt Anguitenens, Serpentarius, Hedorum ſydus

*Oreſtes.*

Oreſtes filius fuit Agamemnonis ex Clytemneſtra quam occidit

Dictus Agamemnonides, Agamemnonius, & Agamemnone natus

Sceleratus, matricida, demens, furioſus, Virg. E ſcelerum furiis agitatus Oreſtes

*Orientales.*

Orientales, Eoi, Auroræ populi

Memnonii, à Memnone Auroræ filio

Nabathæi à Nabathæa regione orientali, Ovid. lib 1. Meta. Eurus ad auroram, Nabathæaque regna receſſit

*Orion.*

Orion, ὠρίων, quaſi Urion ſydus cœleſte, Jugula ſeu Jugla

Tempeſtuoſum ſignum, terras turbans & maria tempeſtatibus ſi obſcurum ſit; ſerenitatem denotans ſi fulgeat,

Nimbifer fingitur præ his nimboſus aquoſus. Neptunus & nautis infeſtus Orion, Horat.

¶ oriens, occidens, quæ inter Synonyma prio East and West,

*Ovidius,*

Ovidius, Naſo

Poeta Sulmonenſis

Juvenis Pelignus. De ſeipſo ſcribit Ovidius, Pelignæ gentis gloria dicar ego

## P

*Padua*

Padua, Patavium

*Padus.*

¶ Padus, Eridanus, Phaetontius amnis, à Phaetonte ibidem ſubmerſo: Syl. lib. 7. Nunquam hactenus amnis Sanguinea Pontum curvaſſet decolor unda, Vide Eridanus.

*Paduſa.*

Paduſa, med. prod. Meſſanicus

Bodincus, vide cauſam hominum nominum, apud Plin. lib. 3 cap. 15.

*Palamedes.*

Palamedes, Nauplii regis Eubœæ filius, unde Naupliades & Naupleia proles dictus, is Ulyſſis fraude à Græcis interfectus eſt

*Palemon.*

Palemon, Melicerta, Portunus

*Pallas.*

Pallas, belli dea dicta quod Pallantem gigantem interfecerit, cum



cum prius Tritonia vocabatur, Jovis ſine matre filia, nam Jupiter videns Junonem ſterilem eſſe, percuſſo capite emiſit Palladem

Ejus Epitheta ſunt, Armipotens, Bellipotens, Armifera, Bellicoſa, Armiſona, Bellica, Belligera, Bellatrix

*Pan.*

Pan, paſtorum deus vocatus eſt & Demo Gorgonis filius creditur fuiſſe, qui fiſtulam compoſuit ſeptem imparibus calamis ſimul conjunctis propter harmoniam cœli

Semicaper Deus, Arcadicus deus

*Pannonia.*

Pannonia ſuperior, Auſtriam, Archiducatum & Stiriam complectitus

Pannonia inferior, Pannonis nunc Hungaria, Græcis [illegible]

*Panope.*

Panope ſive Panopea, nympha marina, Nerei & Doridis filia, ſic dicta à perſpicuitate viſus, Inoo, oûs. Bacchi nutrix, Tithonis conjux

*Papia.*

Papia, Ticinum

*Paradiſus.*

Paradiſus, παράδεισος

Hortus voluptaris

Elyſium, & Campi Elyſii, ſecundum poetam

Locus divinæ amœnitatis

Beatorum, piorum ſedes ac locus, Cic.

Eden & Pardis Hebraicè, unde quidam Paradiſum deduci putant, Nam Eden delitiæ vel voluptas interpretatur, pro quo Symmachus tranſtulit Paradiſum florentem. Aquila, hortum

*Parcæ.*

Parcæ, μοῖραι, à parcendo per Antiphraſin dictæ quod nemini parcant.

Deæ fatales, fatidicæ, Faticinæ ſorores. Deæ triplices fati. Fata eſſe eaſdem exiſtimant; finguntur autem vitæ humanæ præeſſe, & nendo eam ducere, quapropter Lanificæ ſorores vocantur, Mar. Si mihi Lanificæ ducunt non pulla ſorores Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos

Nigræ, Stygiæ, immites, ſeveræ, invidæ, triſtes ſorores, rapaces, feræ, impiæ, Parcæ

Parcarum nomina

Clotho, Lacheſis, Atropos

*Paris.*

Paris alio nomine Alexander, Priami ex Hecuba filius, in Ida monte à paſtoribus educatus, & poſtea in Græciam miſſus à Menelao Helenam rapuit, unde Helenæ raptor, Paſtor & Adulter Idæus, eſt dictus

*Parthi.*

Parthi, Parthii, Parthiæi

Πάρθοι, παρθῶοι, παρθιαῖοι, populi cujuſdam regionis Aſſyriæ

*Patroclus.*

Patroclus, Menœti & Sthenelès filius cum Achille educatus & cum eo ad expeditionem Trojanam profectus, & Achillis armis indutus cum Hectore pugnans ab eodem confeſſus occubuit Actorides Menœtiades & Menœtiades dictus

*Paulus.*

Paulus teſte D. Hieron. mirabilem ſonat, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Si Græca vox, quietem ſonat à verbo παύομαι; ſin Romana, puſillum ſignificat

Doctor Tharſenſis, quod ex Tharſo Ciliciæ oriundus

Apoſtolus, ſeu doctor gentium

Summus vitæ mortalium magiſter

Organum electum. Vas electionis ſacrum. Veritatis præco

Sapiens fidei architectus

Saulus dictus ante converſionem

Religionis veræ ac pietatis architectus

*Peloponneſus.*

Peloponneſus, quaſi Pelopis inſula, eſt Achaiæ regio, Apia prius appellata, Arx Helladis

ae Argos, nunc verè Morea

### Penelope.

Penelope, πηνελόπη. Ulyſſis uxor & Icari filia, hinc dicta Icaris, dos, Ovid. Et velut Icarídos famulæ periere, procique, & Icariotis apud Propert. Incorruptæ caſtitatis ac pudicitiæ
Arnea prius vocabatur

### Pentheus.

Pentheus triſyl. fuit filius Echionis regis Thebarum, ob contemptum ſacrorum Bacchi, à matre interfectus
Echionides à patre denominatus, Ovid. Spernit Echionides; & alibi, Contemptor ſuperum Pentheus, Echione natus. Agaueia proles

### Perſeus.

Perſeus diſſyl. in nominativo fingitur converſo in auri guttam Jove, natus ex Danae filia Acriſii regis Argivorum; hinc dictus Danaes natus, Abantiades
Danaeia propago, Mant.
Danaeius heros, Ov.
Stenobius, Abantius heros, Sidon
Inachides & Inachius, Claud. Inachius rubro perhibetur ab æquore Perſeus Neptuni
Acriſioniades dictus ab avo Acriſio Argivorum rege, Ovid. & Meduſæ victor

Perſia.

Perſia, Perſis idos, περσίς, & Perſida, æ
Perſidis ora, regio orientalis Medis conterminà, cujus Primus rex Cyrus, Mant. Perſidis ora Divitibus gemmis fulvóque ſuperbiat auro

### Perſæ.

Perſæ, Perſici dicuntur Gazetici: nam gaza Perſarum eſt opulentia, Sid. Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna
Perſæ etiam dicuntur Achæmei & Achemenidæ ab Achæmene rege Perſarum ditiſſimo
Arſacidæ quoque dicti, ab Arſace primo Perſarum rege Luc. Lib. 1. Illa plus vobis acie quàm creditis actum eſt Arſacidæ
Mantuanus: Pellæa juventus Arſacidas expugnat adhuc

### Peſtum.

Peſtum Lucaniæ oppidum aliter dictum Poſſidionia, autore Plin.

### Petrus.

Petrus, primus ſeu princeps Apoſtolorum chori duodeni primas, Cephas Chaldaicè ſive Syriacè ut D. vult Hier. à Cepha, id eſt, Petra, vel ſaxum, qui prius vocabatur Barjona, id eſt filius Ionæ, ſive columbæ ac Simon.
Claviger ætherius, cœleſtis, ſenex
Sabel. Clavigerum ſenem
Hamiger, id eſt, piſcator, Porrigit Hamigeri deforme penſa ſenis

### Phaſianæ.

Phaſianæ, Phaſidis aves à Phaſide fluvio Colchorum
Phaſiaci alites
Phaſiæ, Scythiæ volucres apud Iuv. & Stat. A Scythico miſſas Phaſide captat aves

### Phaeton.

Phaeton Solis & Clymenes fingitur filius, Ovid. Sole ſatus Phaeton.
Puer ſeu filius Clymenes, Bap. Non ſecus ac Clymenes erat in axe puer. Clymeneia proles, Ovid.
Devius, infelix, audax, temerarius

### Phaetontiades.

Phaetontiades, ſorores Phaetontis, quas verſas in populos ſeu alnos ferunt. Flebant populeæ juvenem Phaetonta ſorores
Clymeneides dictæ & Heliades. Ovid. Sic flevit Clymene, ſic & Clymeneides altæ

### Phædra.

Phædra regis Minois filia ex Paſiphae conjuge, unde Paſiphæia, & Paſipheia filia dicta eſt

### Philoctetes.

Philoctetes Pæantis filius & comes Herculis, quamobrē Pæantiades
Pæante ſatus, & Alcidæ comes eſt dictus

Phi-



### Philoſophi

Philoſophi prius dicebantur Sophiſtæ. Cæterum deinde pro locorum doctrinarúmque qualitate diverſa ſortiti ſunt nomina
Græcis Philoſophi, id eſt, ſapientiæ amatores dicti, & σοφοί, id eſt, Sapientes. Inter quos rurſum ſectæ fuerunt diverſæ, diverſorúmque nomenclaturis hominum diſtinctæ, utpote Stoici à porticu, cujus ſectæ author Zeno philoſophus, Cratis auditor, unde prius dicti Zenonii
Cynici, ab Antiſthene ſeu Diogene
Peripatetici, ab Ariſtotele deambulatore
Academici, qui etiam ſunt
Platonici, utpote Platonem ſequentes
Socratici, à Socrate denominati
Pythagoriſtæ qui Pythagorei & Pythagorici, à Pythagora dicti
Cyrenaici, ab Ariſtippo Cyreneo, qui &
Epicurei ab Epicuro qui voluptatem ſtatuit ſummum bonum
Pyrrhonii quos Græci σκεπτικοὺς, id eſt, conſideratores: ἀπορητικοὺς, id eſt, Ambigentes vocant, à Pyrrhone nomen habent
Nudipedes, ἀνυπόδετοι
Eretriaci à Menedemo inter Socraticos phedri diſcipulos
Apud Perſas olim Magi nomen erat honeſtum, idem quod Sapiens, vel Philoſophus
Apud Gallos Druidæ vel Dryiadæ Sylvam inhabitantes in æſtimatione erant. Βραχμᾶνες
Brachmanes & Samanei, apud Indos ac Gymnoſophiſtæ
Apud Ægyptios, Prophetæ, ſacerdotes, Latinis Sapientes
Aſſyriis Chaldæi dicti ſunt à regione, Hebraicè autem metaſephim appellantur ſapientes omnes orientales, quorum mentio Danielis primo ac ſecundo. Cic. teſtatur Pythagoram primum modeſtiæ gratia non ſophum, ſed philoſophum voluiſſe appellari

### Phocæi

Phocæi, Phocenſes, Phocaici, Cirthæi, Caſtalii

### Phœnix.

Phœnix unica avis in Arabia Soli ſacer, unde dictus Titanius & Soligena, Bapt. Malo ego Soligenæ Phœnicis fata ſubire
Alumnus Phœbi
Avis ſolis
Gangeticus, Aſſyrius volucris
Titanius ales, Claud. Hæc fortunatus nimium Titanius ales Regna colit.
Unicus, longævus, vivax, nobilis

### Pictones.

¶ Pictones, Pictavienſes, Pictavi, Galliæ populi

Pyrithous.

Pyrithous, vel Berithous, περίθοος filius Ixionis. Borbonius, Perithoum eſt Theſeus, Pyladémque ſequutus Oreſtes. Inter eos tantus fervor amoris erat
Dictus patronymico nomine Ixionides, Ovid. Hæc Ixionides, illa Troezenius heros
Ixione natus

### Pittacus.

Pittacus med. corr. Philoſophus Lesbius, Sophiſtes Lesbius
Lesbo ſatus, Sido. Noſcere quod tempus Lesbo ſate Pittace ſuades. Alii Mitylenæum fuiſſe ſcribunt

### Planetæ.

Planetæ, πλανῆται
Errones, Errantia ſydera
Erroneæ, Erraticæ ſtellæ

### Plato.

Plato Ariſtonis filius, πλάτων, Philoſophus à latitudine humerorum ſic dictus, Hor. Pythagoran Anytique reum doctúmque Platona. Antea ex avi paterni nomine Ariſtocles vocabatur Athenis natus, unde dictus Cecropius. Mant.
Cecropii interdum dulces inviſere chartas. Adeò in omni diſciplinarum genere & præſertim in philoſophia excelluit, ut divinus Plato, & philoſophorum Homerus vocatus ſit

Plautus

Plautus,

Plautus, Farcinas natione, poëta Comicus, ab initio appellatus Plotus, teſte Feſto, à pedum planicie quos Plotos Umbri vocant, Diſertus, jocoſus, antiquus. Antiquum verbis Plautum renovare facetis

*Pleiades*

Pleiades, πλειάδες, ſignum ſtellarum ſeptem ante genua Tauri ἀπὸ τοῦ πλεῖν, id eſt, pluere: latinè Vergiliæ dicuntur, quod verè exoriuntur. Aliquando eſt tetraſyl. Propertius. Non ſic Pleiades faciunt nec aquoſus Orion: aliquando abjicitur. e, ut primam corripiat, Stat. Pliadúmque nivoſum

Athlanteæ dictæ, Ovid. & Atlantides, filiæ Atlantis. Imbriferæ, Pluviæ, triſtes, nubilæ

*Pluto*

Pluto πλούτων Saturni fertur filius: Jovis ac Neptuni frater. Hinc dictus Saturnius, Ovid. Haud ultra tenuit Saturnius iram, Umbrarum rex, Dux Erebi, Tenebrarum præſes. Dis, ditis. Tartareus, Orcus, Stygius, Lethæus

Avernalis rex, tyrannus. Vocatus quoque Væjovis, Mart. Generque Cereris, Juvena. Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci Deſcendunt reges, & ſicca morte tyranni. Torcor umbratum immanis, adamantinus ſeverus, Ater, Funeſtus, Tenebroſus

*Poëta*

Poëta, ποιητής, Vates Divinus, Fatidicus

Elegantia fingens, ſcribens, componens carmina

Liquore Pegaſæo ſaturatus

Divinorum oraculorum interpres

Interpres Apollinis, Deorum

Qui in bicipiti Parnaſſo ſomniavit, Perſ.

Aonios colens receſſus

Caſtalio fonte potatus

Caſtalia natus dea

Sacra redimitus tempora lauro

Cujus Ambroſio frons nectare fuſa eſt, Atque Helicone ſacro faverit amne comam

Arida cujus Clitorio ſitis amne levatur. Natura ipſa inſtructus ad poëticam facultatem

Aoniæ gloria ſumma chelys

Divino correptus furore

Divino numinis afflatu concitatus

Interpres divinæ mentis

Cui fontes pandit Cirrha ſuos, & ampliori vena Pierii fluunt liquores

In cujus pectus Maronis anima demigraſſe creditur

Qui frontem habet hedera virentem ſequaci

Daphnæide fronde vel myrto cinctum habens caput

Cujus Parnaſſia lambit tempora Daphne

Eloquio vincens Ciceronem carmine Homerum, Muſarum alumnus

Muſarum aves, Theocrito dicuntur Poëtæ, quod aſſiduè ſua modulentur carmina

*Pollux*

¶ Pollux, vide *Caſtor*.

*Polymneſtor*

Polymneſtor, & m litera ciſa, in carmine Polyneſtor, rex fuit Thracum, Propert. Hic ſcelus accepto Thracis Polyneſtoris auro

Iſmarius rex vocatur, Ovid. & Odryſius; id eſt, Thracius

*Polynices*

Polynices filius Oedipi Thebanorum regis, hinc Oedipodionides vocatur Statio lib. 1. Theb. Oedipodionides furtim deſerta pererrat.

Iſmenius & Cadmeius heros

Echionius juvenis

*Polyphemus*

Polyphemus ingenti corpore, Neptuni filius, unus ex Cyclopibus unoculus, ab Ulyſſe excæcatus, ut fertur. Ennæus dictus ab Enna Siciliæ urbe

Ætnæus quoque ab Ætna monte, in quo Cyclopes recluſi

Neptunius Incola rupis, Terribilis, trux, ferus, cæcus, Siculus

*Polyxena*

Polyxena pen. cor. Priami & Hecubæ filia, fuit formoſiſſima, Catul. Alta Polyxenia madefient cæde ſepulchra

Virgo Priameia Virg. vocatur lib. 3. Æneid. O fœlix una ante alias Priameia virgo.

*Portogallia.*

Portogallia, Luſitania

*Portunus.*

Portunus, deus portuum. Palemon, Athamantiades. Melicerta.

*Priamus.*

Priamus, filius *Laomedontis* pulcherrimus, Homero teſte

Laomedontiades dictus, Virg. Laomedontiadem Priamum Salamina petentem

Senex Dardanius vocatur, Ovid.

Dardanii lachrymas non tulit ille ſenis.

*Priapus*

Priapus med. prod. filius, Liberi patris ac Veneris, fingitur hortorum deus

Lampſacides, & Lampſacenus dictus quod in Lampſaco Helleſponti urbe colebatur, Virg. in Georg.

Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi. Verpus quoque dictus ab inverſa pelle, Salax, rigidus, procerus ruber. Helleſpontiacus deus.

*Prometheus*

Prometheus προμηθεύς, pen. prod. à providentia ſic dictus, Japeti filius, unus ex Titanibus, ignem è cœlo fingitur ſurripuiſſe callidè

Japetionides dictus Cod. Japetionides hoc vulnere turbidus

Japeto ſatus, Ovid.

*Propertius*

Propertius ex Mevania umbriæ oppido oriundus, Elegiographus quod Callimachum in ſuis operibus ſecutus, Callimachus Romanus vocatus eſt. Quintil. Romanique auderit pagina Callimachi. Blandus, laſcivus, facundus.

*Proſerpina*

Proſerpina, dicta à proſerpendo, Perſephone Græcis, Jovis ex Cerere filia, quam Pluto in uxorem rapuit in Sicilia. Perſei filia

Erebi regina. Plutonia conjux

Tartarea, Phlegetontæa, Perſephone, Dea triformis, Triceps

Stygia dea. Nigri Jovis invida conjux, apud Pon. Regina Erebi

Proſerpina teſte Auguſt. eadémque Luna, Libera, Diana, Lucina. Trivia, Hecate, & Noctiluca.

*Proteus*

Proteus Oceani & Thetidos filius, Deus & vates marinus

Vertumnus Latinis dicitur

Carpathius vates (quod aliquando in Carpatho inſula regnavit) dictus Vir. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite vates, Cæruleus Proteus

Mutans vultus, Horat. Quo teneam vultus mutantem Protea nodo?

Æquoreus, ſceleratus, ambiguus mirabilis

*Proteſilaus*

Proteſilaus, unus ex *Græciæ* principibus, Latinis ſonat primus mortuus. Auſo. Proteſilae tibi nomen ſic fata dederunt, Victima quod Trojæ prima futurus eras. Phylacides dictus à Phylace Theſſaliæ oppido, Ovid. Triſtia Phylacidæ Therſites funera vidit

Hæmonius vir apud eundem

*Pruſcia*

¶ Pruſcia, Prutenia, Boruſſia olim. ¶ Bruteni, Bructeri, Boruſſi, qui olim Gothones dicebantur

*Ptolomeus*

Ptolomeus Lagus Ægypti & Aphricæ, nec non Arabiæ pro magna parte rex, poſt Alexandrum Macedonum

Tyrannus Niliacus, & Pharius à Pharo inſula Ægypti. Luc. Phario ſatis eſſe tyranno Quod poterat. Abhoc deinceps Ægyptii reges Ptolomæi ſunt appellati, ut Romanorum Auguſti, Perſarum Arſa-

Arſacidæ, Athenienſium Cecropidæ.

*Puteolani*

¶ Puteolani Dicarchæi à juſtitiæ adminiſtratione, Sil. lib. 8. Prole Dicarchæa multo cum milite Graia.

*Pylades*

Pylades, filius Strophii Phocenſis, Phocæus juvenis dicitur, Ovid. Adfuit inſano juvenis Phocæus Oreſti
Strophio natus, fidus, Hæmonius.

*Pyracmon*

Pyracmon unus Cyclopum, Vulcani miniſter, ab igne & incude quæ ἄκμων Græcis dicitur, nomen habens Virg. Ferrum exercebant vaſto Cyclopes in antro Brontes ac Steropes & nudus membra Pyracmon.
Æmonides, Ovid. dicitur
Durus, ferrugineus, flammeus, ſemper olens, oculis & nare igneus, nuduſque membra Pyracmon.

*Pyrrha.*

Pyrrha uxor Deucalionis & Epimethei filia, hinc dicta Epimethis, Ovid. Inde Prometides placidis Epimethida dictis mulcet. Titania quoque dicta, Ovid.

*Pyrrhus*

Pyrrhus Latinè flavus ſive rufus, fuit Achillis filius Achilles hinc dictus, Ovid.
Pyrrhus Achillides animoſus imagine patris, & Achilleius heros
Æacides Pyrrhus, Mant.
Scyrius, juvenis, apud Sen.
Pelaſgus, Graius, ferox
Neoptolemus antea dictus, authore Servio.

*Pythagoras*

Pythagoras philoſophus Samius, filius Demarathi locupletiſſimi negotiatoris
Panthoides ab Ovid. dictus
Celeber *Samiæ* telluris alumnus, Divinus, doctiſſimus.

# Q

*Quintilis.*

Quintilis menſis, ideo dictus eſt, quod ordine ſit quintus à Martio, qui apud Romanos ſicuti apud Hebræos, Ægyptios, & alias nationes, primus anni menſis erat ſed poſtea in honorem Julii Cæſaris Dictat. Julius ἰούλιος appellatus eſt, fervidus, æſtifer, μεσογειον Græcis quoque dictus.

# R

*Remus*

Remus frater Romuli à quo interfectus, fratres autem Martigenæ dicti, Ovid. In quo Martigenæ non ſunt ſine crimine nati; & Iliadæ, Ovid. Iliadæ fratres jura petita dabant.

*Radamanthus*

Radamanthus Jovis ex Europa filius & rex Lyciæ & unus judicum inferorum cum Minoe & Æaco
Agenorides dictus, Mant. Qualis Agenorides Lycia Rhadamanthus in ora.
Juridicus, Inexorabilis, Vide *Minos*.

*Rhaguſium*

Rhaguſium Dalmatiæ civitas, prius dictus Epidaurus.

*Rhamnuſia*

Rhamnuſia dea fortunæ, Nemeſis dea cœca, Rhamnuſis, idos, Cic. *Sors*,
Norcia dea, *Dea inſtabilis*, bifrons, inconſtans, lubrica, fallax.

*Rhenus*

Rhenus & Rhenum nobilis fluvius ex Alpibus oriens, hinc dictus Appæninigenæ prope ſaxea flumina Rheni. Belgas à Germanis dividit duobus oſtiis in Oceanum ſeptentrionalem influens, Vir. Extremique hominum Morini, Rhenúſque Bicornis, Horat. Aut flumen Rhenum aut pluvius deſcribitur arcus. Teutonis amnis, gelidus, glacialis, tumidus, ſaxoſus, bifidus.

*Rheſus*

Rheſus

Rheſus filius Strymonis Thraciæ rex bellicoſus
Odryſius dux, Ovid. Exigit Odryſii facta cruenta ducis. Thrax, Threicius, Scythonius.

*Rhodus*

Rhodus civitas & inſula inter Aſiaticas tertia, quod Lesbus & Cyprus ſint majores
Ophiuſa, ὀφίουσα per duplex ſ ante vocabatur, & Æthrea, deinde Staclia, poſtea *Thelchin*. *Inſula ſolis*: Carthe, Aurificis quondam ditata eſt Inſula ſolis; hinc dicta Phœbeia & Phœbæa, Ovid. Phœbæamque Rhodon & Ialyſios Thelchinas. *Nunquam enim cœlum tam nubilum eſt, teſte Sollon, ut in ſole Rhodos non ſit.*

*Rhutheni*

¶ Rhutheni, Ruſſi, Ruſſiani, olim & Rhuthones
¶ Ruſſia, Rhuthenia.

*Roma.*

Roma, Urbs propriè, per Antonomaſiam Regina Urbium
Romulea urbs, Valentia prius vocata à robore, quod Græcis ῥώμη
Urbs Quirinalis, Martigena, bellicoſa, ſuperba, Latialis, potens, Martia. Auſon. Martia Roma triplex equitatu, plebe, ſenatu
Cœli Vicaria, Mant. Quo Italia exultat, cœlique vicaria Roma
Roma ſepticollis quoque dicta à ſeptem collibus, Urbs æterna dicitur, Sueton. Urbis ab æternæ. Urbs togata à Prudentio.

*Romani*

Romani, Romulei
Romulii, Romulidæ
Æneadæ ab Ænea
Iulæi ab Iulo, Luc. lib. 1. Phrygiiq; penates Gentis Iulææ
Latiales, Romulares, *Turba* Quirini
Quirites, Romuli gens antiqua, Catul.
Gens Romulæa, togata
Trojugenæ apud *Livium* quod ex reliquiis Trojæ
Dardanii, Rerum domini, Virg.
Romanos rerum dominos gentemq; togatam
Celeres, *Troſſuli*, Flexanimes.

*Romulus*

Romulus, ῥώμυλος, Martis & Iliæ filius, Romanæ conditor urbis, frater Remi, primúſque Romanorum Rex. Dictus autem eſt Quirinus à Quiri haſta qua aſſiduè utebatur, vel quod Cures vicerit, Sil. Armiferi ſacra Quirini
Martigena, id eſt, Marte natus, Mavortius, Auſonius, Romanus, potens.

# S

*Saba.*

Saba civitas regia Æthiopiæ, quam Cambyſes Meroen denominavit, hanc Nilus circundans inexpugnabilem reddebat, & quia thus mittit Thurifera appellata. Item Panthea, Panthaica & Sabea tellus, *Incolæ*, Sabæi, Thurifera gens dicuntur.

*Sabini*

Sabini, qui Sabelli, Sabellici, Sannitéſque, antiquiſſimi ſunt *Italiæ* populi, indigenæ atque Aborigenes.

*Sagittarius*

Sagittarius, ſignum cœleſte, Chiron
Phillyrides, Arcitenens, Saturnigena
Doctor Achillis
Phillyrius heros, ſagittifer, ſemivir, Virg. Semivir arcipotens ſubit & Capricornus aquoſus.

*Salamin*

Salamin ſive Salamis, σαλαμὶς, & *Salamina*, inſula in Euboico mari contra Athenas ſita, in qua urbs ejuſdem eſt nominis
Hinc *Salaminii* & *Salaminiaci*.

*Salamacis*

*Salamacis* fons in Caria juxta Halicarnaſſum, dictus Venereus.

*Salomon*

Salomon Hebraica dictio

per

.. pecca in prima ſcribitur, & interpretatur Pacificus, Davidis & Berſabæ filius.
Rex Solymus ſeu Hieruſalem, Mant. Qualis erat feſtis gradiens ad templa diebus, Splendidus & Salomon fulvo ſpectabilis auro. Polit. Mentis opúmque potens Salomon, Sapientiſſimus habitus.

*Salmoneus.*

Salmoneus σαλμωνεὺς, filius cujuſdam Æoli non regis ventorum, atqui Elidis rex, in qua ſcilicet regnavit, Virg. Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas Dum flammas Jovis & tonitrus imitatur Olympi
Æolides, filius Æoli, Mant. Currúque volanti Æolidem aggreſſum tonitru.

*Samos.*

Samos, inſula in mari Icario, dicta Junonia, i. ſacra Junoni, Ovid.
Et jam Junonia læva parte Samos fuerat; ac Threicia, Virg.
Threiciámque Samon, quæ nunc Samothracia fertur
Parthenia prius nominata ut ſcribit Varro, fœcunda, illuſtris, pulchra, vetus.

*Samothracia.*

Samothracia, ut aliqui ſcribunt, prope Thraciam cum urbe ejuſdem nominis inſula eſt.
Dardania prius dicta & Leucoſia
Gentile Samothrax & Samothracius.

*Sara.*

Sara Abrahami patriarchæ uxor, à Domino Sarai vocata, Iſaac mater; Iſacipata, Mant. Gentis Iſaciparæ quæ uſurpat nomine Saræ.

*Sardinia.*

Sardinia inſula in mari Liguſtico à Sardo Herculis filio ſic dicta, cum prius Sandaliotes ab effigie ſoleæ appellaretur, & Ichnuſa, à ſimilitudine veſtigii, Sil. lib. 17. Inde Ichnuſa prius Graiis memorata colonis, mox Libyci Sardus generoſo ſanguine fidens Herculis, ex ſeſe mutavit nomina terræ
¶ Hinc Sardi, Sardoi, Sardonii, Sardonienſes. Et à præcipua civitate quæ Iole à priſcis vocabatur, Iolenſes.

*Sarmatæ.*

Sarmatæ vel Sauromatæ Scythiæ populi, vagi plerunque domicilia mutantes, plauſtris pro domibus utentes, paſcuntúrque lacte equino; unde eos ἱππομολγοὺς equorum mulſores & γαλακτοφάγους, i. lacte veſcentes vocant
Hamaxobitæ Pomponio, Hamoxobii Ptolomeo dicuntur, nunc vulgo Poloni, Tartari, Lituani, & Pruſſii, Vide Moſchi.

*Saturnus.*

Saturnus, χρόνος, filius fuit Cœli & Veſtæ
Leucadius falcifer & falcitenens deus, Ponti miratus & ipſe Falcitenens deus
Falciger, falcatus, Pomp. Falce potens feriet Saturnus, Triſtis, profugus, ſenex, & terculius à Romanis dictus propter inventum ſtercorandorum agrorum.

*Scorpio.*

¶ Scorpio & Scorpius, σκόρπιος
Nepa, Nepes
Octopes, Ovid. ὀκτώπους. Venenifer, ardens, dirus, mortifer
Mant. vel acuto mortifer ungue Scorpius. Eſt quoque ſignum cœleſte.

*Scylla.*

Scylla Phorci fingitur filia, Saxum eſt reddens mare Siculum impetuoſum plenámque periculis
Nereia virgo dicitur, Ov. Illam non avidis canibus Nereia virgo
Phorcis vocatur Fauſto, Ipſaque Circæo verſa eſt medicamine Phorcis.
Immanis, vorax, rapax, impia, latrans, Mant. Nunc vada latrantis Scyllæ, nunc ora Charybdis.

*Scythia.*

¶ Scythia, Europæa, σκυθία, Sia, Septentrionalis regio, à Schyta Herculis filio (ut inquit Hieronymus) ita dicta. Mæotis ora vocatur à Mæotide palude.

*Scythæ.*

Scythæ, Scythici, Septentrionales populi
Nomæi prius dicti & Magogæ, teſte Joſepho, à Magog filio Japhet, Arimaſpi, Agatirſi, Geloni
Riphæi, à Riphæis Scythiæ montibus, Virg. lib. 2. Geor. Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro
Mæotii & Mæotici, à Mæotide palude. Hyperborei
Tanaitici à Tanai fluvio: Sidon.
Telluris Tanaicum rebellem
Boſphorani à Boſphoro Thracio Sidoni. Plaudentes ſtupuere Boſphorani
Boryſthenidæ, ab ejuſdem regionis fluvio Boryſthene longe uberrimo.

*Semele*

Semele Cadmi filia materque fingitur Bacchi
Cadmæis dicta, Ovid. Talibus ignaram Juno Cadmæida dictis Formarat
Formoſa, Euchia, Thebana, miſerabilis.

*Semiramis.*

Semiramis, Aſſyriorum regina formoſa, Ovid. Qualiter in Thalamos formoſa Semiramis eſſe dicitur: Regina Babylon ia vocatur.

*Siciali.*

Sicilia, Sicania, Sicula tellus, Trinacria, Trinacris, Triqueta, Triquetris vocatur, Ovid. lib. 3. Metamor. Vaſta Gigantæis injecta eſt inſula membris Tinacris. Stat. lib. 2. Ser. Quid militibus promiſſa Triquetra. Luc. lib. 1. Inſula quam Triquetris terra um geſſit in oris.
Sicelis ora quoque dicitur.

*Siculi.*

Siculi, Sicani, Sicanii, Lilybæi à Lilybæo promontorio: Virgilius lib. 3 Æneidos: Et vada dura lego ſaxis Lilybæia cæcis
Ennæi ab Enna urbe
Liparæi & Liparenſes à Lipara inſula: Sidon. Stravit ſub Liparenſibus caminis.
Taurominitani à Taurominio monte Siciliæ, Neſtlades.
Arethuſii, & Arethuſæi, ab Arethuſa fonte Siciliæ Sillius lib. 14. Erigitur ſubitas in ſpes Arethuſia proles Claud. lib. 2. de raptu. Quas Arethuſæi lat cos, quas advena nutrit Alpheus.
Agathoclæi ab Agathocle rege Siciliæ: Sil. l. 14. Hic Agathoclæis ſedes ornata trophæis
Dicuntur etiam ab inſulis vicinis Siciliæ, Æoli, Depranitani à Deprano promontorio Siciliæ, Sidon. Agonem Depranitanum.

*Sina*

¶ Sina Arabiæ mons qui Oreb quoque dicitur, in quo Moſes legem accepit.

*Sirenes*

Sirenes à Pöetis finguntur filiæ Acheloi & Calliopes, Muſæ in Siculo mari habitantes. Ov. Monſtra maris Sirenes erant, quæ voce canora Quaſlibet admiſſas detinuere rates
Acheloides & Acheloiades dictæ Ovid. Acheloiadúmque; reliquit Sirenum ſcopulos. Tyrrhenæ, Acheloiæ volucres
Siculæ, ſubdolæ, dulces, blandæ, vagulæ virgines, volucres.

*Siſyphus*

Siſyphus pen. cor. σίσυφος, filius fuit Æoli, Latro in Iſthmo, qui hoſpites magno ſaxo opprimebat, & tandem à Theſeo occiſus grande ſaxum ſupra montem, portare & devolvere cogebatur apud inferos, Ovid. Aut petis aut urges rediturum, Siſyphe, ſaxum
Æolides dictus & Æolius ſenex, defeſſus, inquietus, infœlix. Horator ſcelerum; Virg.

*Sol.*

Sol ἥλιος, Hebræis Schemech dicitur, Aſſyriis Adad. Perſis Mitra μίθρα
Phœbus, φοῖβος



Phœ-

Phœbeius orbis, ignicomus, calidus, radiatus
Titan, avus Solis, unde *Sol* quoque dicitur
Apollo quaſi mala pellens
Pæan ἀπὸ τοῦ παύειν
Liber, prima prod.
Janus, Dieſpiter, quaſi diei pater, Hor. Matutine pater, ſeu Jane libentiùs audis
Horus, Phanes, Pan. Hunc nitidum Phaneta vocant, quod ſurgat Eoo. Oculis mundi, Capel. Mundanuſque oculus, fulgor ſplendentis olympi.

*Strophades*

¶ Strophades, inſulæ duæ in Ionio mari, ab aliis Plotæ dictæ.

*Symplegades*

Symplegades συμπληγάδες antepenult. prod. Inſulæ duæ in Boſphoro. Cyaneæ aliis dictæ. Sabaudi, vide ſupra Allobroges.

*Syracuſani*

Syracuſani & Syracuſii, & Arethuſidæ ab Arethuſa fonte Pachino, Syracuſiſque præclariſſimæ Siciliæ urbi vicino, ſic dicti, Ovid. Utque Syracuſas Arethuſidas abſtulit armis, Claud.

*Syria*

Syria Aſiæ regio nobiliſſima continens in ſe Phœniciam, Meſopotamiam, Paleſtinam in qua Judæa, & Babylonia quæ & Aſſyria dicitur.

¶ Hinc Syri σύροι Syrii, Syriaci, Judæi, Phœnices
Paleſtini, à Philiſtium ſic dicti. Orontæi, ab Oronte fluvio Phœniciæ.

*Syrtes*

Syrtes, duo ſunt loca ſive ſinus periculoſiſſimi in extrema Aphrica, quas efficit inacceſſas mare reciprocum ac vadoſum
Paretoniæ à Paretonio urbe Ægypti dict. Lepticanæ quoque à *Lepti* urbe Africæ, Lucan. Uſque Paretonias Eoa ad littora ſyrtes, Afræ Lybicæ, vadoſæ, arenoſæ, barbaræ, naufragæ, æſtuoſæ, procelloſæ.

# T

*Tantalus.*

Tantalus Jovis filius, Phrygiæque rex
Pelopis infidus pater, Horat.
Garrulus, Phrygius ſenex *Senecæ* vocatur. Sitibundus, ſiccus, proditor.

*Tartari.*

Tartari, Nomades prius dicti.

*Tarteſſius, Carteia,* vide *Carteia.*

*Temſa*

Temſa, Temeſe, τεμέση Brutiorum oppidum.

*Tereus.*

Tereus, τηρεὺς, diſſyllab. rex Thracum, Martis ex Biſtonide nympha filius
Biſtonius rex, Virg. dictus Odriſius rex, Ovid.
Thracius, Threicius, Iſmarius tyrannus, Ovid. Quid ſcelus Iſmarii quereris Philomela tyranni? Impius, inceſtus, infidus, immitis, iniquus, *Stat.* Ut iniquum *Terea* clamant.

*Teucer.*

Teucer filius Telamonis, regis Salaminis, ex Heſione Laomedontis filia
*Laomedontiades* hinc dictus, Mant. *Laomedontiadem* Teucrum genitoris ob iram B patria pulſum. Salaminius quoque dictus.

*Thales*

Thales unus ex ſeptem Græciæ ſapientibus
Mileſius, Mileto genitus, Sido. Thales Mileto genitus vadimonia damnat.

*Thebe*

Thebe, bes, Theba, bæ, & Thebarum, Civitas in Ægypto, à Buſiride rege Ægypti condita, Græcis Hellopolis. Solis civitas vocatur, centum & quadraginta ſtadiorum, quæ centum habuit portus, Juv. Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. Venuſtæ, nobiles, inclytæ, claræ, centifores



centifores hecatompolis
¶ Hinc *Thebais*, idos, θηβαΐς & *Thebaida* dæ, ab accuſativo Græco, ac regio *Thebaica* à *Thebe* ſic denominata, Ægypti pars ſecundum Nilum: hujus frequens mentio in vitis patrum
Eſt alia Thebe in Bœotia à Cadmo
Agenoris filio, aut ut alii volunt ab Ogyge ædificata, & poſt ab Alexandro magno everſa, quæ & *Draconigena* dicebatur, quam heptapylon vocat Apuleius, quod ſeptem portas habuerit
Dircæa, à Dirce fonte dicta.

*Thebani*

Thebani, Thebæi, Θηβαῖοι.

*Themiſtocles*

Themiſtocles Athenienſis Neoclis filius hinc vocatus
Neoclides, Ovid. Arma Neoclidem qui Perſica contudit armis.

*Thermodontiæ*

Thermodontiæ & Thermondontiaci, Sacæ, Aramei, Scythæ, Aſiatici ſunt populi. Plin. lib. 6. Ultra ſunt Scytharum populi. Perſæ illos Sacas univerſos appellavere à proxima gente: antiqui Aramæos,

*Theſeus*

Theſeus filius fuit Ægei regis Athenarum
Ægides hic dictus Sido. Atticus Ægides rupit Marathonide quercu.
Heros Troezenius, Ovid, Hac Ixionides illac Troezenius heros. Cecropides
Neptunius, à Neptuno patre ſecundum Plutarchum
Perfidus, perjurus, crudelis, ingratus, armiger

*Theſſalia*

Theſſalia, Æmonia, Pharſalia, Æmathia, Æmathis aut Theſſalis ora.
Macedonia, prius dicta
Pyrrhea à Pyrrha Deucalionis uxore
Campi Philippici, *Lariſſa*
Mynia, Pagaſea, Pellea arva
Iolciacum ſolum

*Theſſalici*

Theſſalici, Theſſalidæ, Iolchiaci ab Iolcho Theſſaliæ civitate: Vir. in Cyri Regis Iolchiacis animum defigere votis.
Melibœi & *Melibenſes* à Melibæa urbe Theſſaliæ.
Pagaſæi à Pagaſa urbe, Ovid. lib. 7. Jámque fretum Minyæ Pagaſæa puppe ſecabant
Atricii, Atricidæ, ab Atracio, qui magicas artes ibidem edocuit
Peneii à Peneo fluvio Theſſaliæ, Ov. lib. 12. Exigit Atracides, Penei aque arva pererrat
Lapitheii à Lapithis populis Theſſaliæ. *Idem* Ov. Et tum Lapitheia tecta Intrarant
Pelethronii à populis ejuſdem nominis, Peliaci à Pelio monte Ov, I. Faſt. Summáque Peliacus ſydera tangat apex
Pheræi, Senec. Paſtor Pheræos Delius pavit greges, Ov. in epiſt.
Ipſe repertor opis vaccas paviſſe Pheræas Fertur
Amphryſiaci ab Amphryſo fluvio, Stat. lib. I. Syl. Aut Amphryſiaco paſtor de gramine carpſi
Pharſalii, Pharſalici, Luc. l. 6.
Qua juga devexus Pharſalica porrigit Hæmus
Hæmonii, Hæmonidæ, Po. ll. in *Manto* Hemonidis refert & Brontem, Vulcaniáque antra, Val. Flacc. l. 6. Stant littore fixi Hæmonidæ
*Magnetes* & Magneſii à civitate Magneſia, fœminina Magneſis Magneſſa, Hor. lib. 3. Car.
*Magneſſam* Hippolyten dum fugit abſtinens
Lariſſæi a Lariſſa Theſſaliæ oppido
Centauræi à Centauris. *Statius*
Sperchiíſque minax, Centauraúſque Lycormas
Lapithonii à *Lapithis. Idem Stat.*
Confudere modos, puerum Lapithonia nympha
Oſſæi ab Oſſa monte Stat. l. 12.
Nec Oſſæi bello cecidere bimembres. Pholoëtiti à Pholoe, Sido. Non ſic Pholoëtica monſtra.
Atque Peletronios Lapithis Semeleius Evan Miſcuit
Æmathii, Philippæi à Philippis campis Theſſaliæ, *Luc.* Romanas acies iterum videre Philippi

### Thetis.

Thetis, Idos, uxor Pelei Regis Theſſaliæ, filia Nerei, Amphitrite
Achillis mater, primam corripiens, inter maris refertur numina, à poëtis paſſim vocatur Nereis, Nerei filia, Ovid. Nereis ingreditur conſueta cubilia. Doris
Mater cærulea, aquoſa, æquorea undiflua, undoſa circumflua, undivaga

### Thracia.

Thracia, Thrace, et, & Thraca, cæ, Sithon, Ovid. Armigeram Thracen qui regat alter erit
Lycurgi regna, Iſmaria. Rhodopeia tellus, Scythonia, Sythonia
Biſtonia, Biſtonis, Schytonis cra
Terra Ædonis, ab Ædone monte Thraciæ, Mavortia, gelida, horrida, ſæva, bellicoſa

### Thraces.

Thraces, Thraci, Thracii, & Thracenſes
Mantini, à Mantini. Thraciæ populis, Virg. in Cyri, Vos ô Mantina ſi qui de gente venitis
Iſmarii ab Iſmaro monte Thraciæ
Pangæi à Pangæo Thraciæ promontorio, Ovid lib. 3. Faſt. Jamque erat ad Rhodopen, Pangæaque flumina ventum
Odryſii à populis ejuſdem nominis, Scytonii, Edoni.
Rhodopeii à Rhodope monte
Abderitani ab Abdera urbe Thraciæ, Mart. l. 10. Abderitanæ pectora plebis habes
Biſtones, Biſtonii Biſtonidæ, à Biſtone fluvio
Oeagri ab Oeagro fluvio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius
Ædoni ab Ædone Thraciæ monte
Boſphorani, Boſphorei, Sidon.
Boſphoreis Elephas inglorius cera tributis
Boriſthenidæ à Boriſthene fluvio Thraciæ Bip. Pius, Mitior ad ſævos aura Boriſthenidas

### Thule.

Thule inſula ultra Britanniam & Orchadas ultima ex cognitis à Romanis, Unde Virg. in Geor. Tibi ſerviat ultima Thule
Nunc Iſlandia vocatur, Terra glacialis, Ulterior terra inventaque. Gronlandia, Finlandia ſeu Finnonia, ut Plinius ſcribit, & Laponia

### Thuſci.

Thuſci, Ethruſci, Tyrrheni

### Thyeſtes.

Thyeſtes Pelopis fingitur filius, Atrei frater, Tantalique nepos
Tantalides hinc dictus, Ovid. Tantalidæ fratres abſint & Jaſonis uxor
Dirus, crudus, rigidus ſævus

### Tygris.

Tigris τίγρις è paradiſo terreſtri crediter habere originem; propter velocitatem ſic dictus, nam inſtar belluæ nimia velocitate decurrit, pergitque contra Aſſyrios
Achæmonius dictus, id eſt Perſicus, Ab Achæmone Perſarum rege Claud. Miſit Achæmonio quicquid de Tigride Mœdus. Violentus, rapidus, rapax, celer

### Tityus

Tityus, triſyllab. Terræ creditur filius, tantæ magnitudinis gigas, ut jacens novem occuparet jugera, Ovid. Viſcera præbebat Tityus lanianda, novemque jugeribus diſtrictus erat
Alumnus terræ hinc dictus, Virg.
Nec non & Tityum terræ omni-parentis alumnum
Et Terrigena, Statius, Terrigenam Tityum. Fœdus, incontinens

### Tongrinum.

Tongrinum, Octavia dicebatur quum regni caput eſſet condita à Torgoto 897. annis ante Chriſti adventum
¶ Tongri, Galliæ Belgicæ populi vulgo Brabantini vocantur

### Trajectum.

Trajectum Moſæ à trajiciendo ſic dictum, & ſuperius vocatum, Brabantiæ collimitaneum, à nonnullis Advaticum vocatur
¶ Trajectum inferius, quod & Ultratrajectum; & prius Wiltaburgum vocabatur, nunc Archiepiſcopi ſedes



### Troja & Trojani

Troja, Teucria
Dardania, Pergamus
Troas, civitas ipſa, teſte Hier. & regio in qua Troja
Ilion & Ilios, celeberrima olim Phrygiæ civitas
Arx Erichthonia. Priameia regna
Sinctis, in Rheni ripa olim parva Troja dicebatur; eſt ſub ducatu Clivenſi, condita à Trojade. Vetera nuncupatur à Cæſare
¶ Trojæ epitheta. Vetus, antiqua, perjura, perfida, Dardana, Phrygia, Idæa, Hectorea, Laomedontæa à rege Laomedonte
Trojani, Troes, Troici, Trojugenæ, Erichthonii ab Erichthonio filio Dardani, Virg. in Culice, Urit Erichthonias oriens non ignibus arces. Idem, Erichthonias proſtravit funditus arces
Idæi ab Ida monte, Ilii, Iliaci, Iliadæ, Æneadæ, Hectorei, Hectoridæ, Dardani, Dardanii, Dardanidæ, Teucri, Teucrigenæ, Phryges, Phrygii, Rhœtæi à promontorio Trojæ, ut Sigæi, Pergamei
Laomedontæi, Laomedontiadæ, Anchiſæi. Anchiſiadæ. Priamæi. Priamidæ
¶ Trojanæ mulieres, Troades, Iliades, Teucrides, Dardanides

### Treveris

Treveris oppidum vetuſtum in Gallia Belgica
Auguſta Trevirorum, quod Romani olim Inſignem curiam cauſarum cognoſcendarum ibidem habuerint, ſic dicta. Hinc, Trevir
Trevirorum, & Trevirenſes populi

### Tunetum

Tunetum, aliter Tunitium, τύνις. civitas Aphricæ ſeu Libyæ, regis Libyci metropolis, cujus incolæ Tunetæi, & Tuniſæi, τυνιςαῖοι, qui & Aphri ſeu Aphricani

### Tyber

Tyber, eris, Tybris, bris, & Tyberis hujus Tyberis, & in ſacris Tyberinus. Italiæ fluvius, qui prius vocabatur Albula ab aquarum colore, Ovid. lib. 2. Faſt. Albula quem Tyberim merſus Tyberinus in undis Reddidit, hybernis forte tumebat aquis
Tyberina palus, apud Pruden.
Appeninigena. Ovid. Appeninigenæ quam proxima Tybridis undis. Romuleus, Tuſcus, Auſonius, arenoſus, altus, nubilus, Tyrrhenus

### Tydeus

Tydeus, filius fuit Oenei regis Ætoliæ ſeu Calidoniæ
Oenides hinc dictus, Stat. Advolat Oenides
Oeneius, Acheloius heros, Stat. Ecce ferens rapto venienti Oeneius heros
Impiger, egregius, fulmineus, turbidus, cruentus

### Typhœus

Typhœus, triſyl. alio nomine Typhon & Typhos, Similiter Terræ filius fingitur, & Gigantum omnium ferè maximus, Centimanuſque & anguipes, Ovid. Nec quo Centimanum dejecerat igne Typhœa. Arduus, vaſtus, terrificus, terribilis, ferus, immanis

## V

### Venetiæ

Venetiæ, olim Henetia dicebatur, authore Servio, melliuſque aſpiratur, & frequentius plurali numero Venetiæ, ἐνετίαι, in mari Adriatico civitas inſignis
Urbs aquoſa dicitur, Sabel. Pater urbis aquoſæ, Dexter ades cœptis; ab Henetis populis ſic dicta qui poſt bellum Trojanum curſum huc è Paphlagonia tenuere, authore Plin.
Veneti, Heneti, Paphlagones prius dicti

### Venus

venus amoris dea fingitur, formoſa, & è maris ſpuma orta. Unde vocatur Aphrodite, Aphrogenia, ἀφρογένεια & Aphrodſia, diverſa habens nomina à locis ubi Venerem ſummis honoribus coluerunt

Amathuſia, Amathuſis, & Amathuntis, ab inſula maris Ægæi quæ Amathus dicitur

Citheris, Cithereis, Cithcrea, & Cithereia à Cithera urbe

Cypris, Cypria, Cyprigena, Erycina, in Cypro genita. Mantuanus

Cy, prigenæ campos

Idalis, Idalii regina

Idalia, à monte Cypri Idalio

Paphia, diva Paphi, Clau.

Acidalia, ab Acidalio fonte Bœotiæ

Dionæa, à Dione matre, Auſonius, Sacra Dionææ matri

Spumigera, Orta ſalo

Nata freto, Mant.

Genitrix Æneia, Æneadum

Luxuriæ nutrix

Scortorum præſes & magiſtra

Mater adulterii, libidinum, amorum, Mant. Mater adulterii Venus eſt, ſtuprique repertrix

Ebria, inſana, vino madens, ignea, incentiva, ſalax, nefanda, inceſta, inſultoria, fallax, blanda, voluptuaria, delicioſa, jucunda, laſciva, [illegible]nicioſa.

*Veſperus*

Veſperus, ſub ſolis occaſum refulgens, Veſper, Veſperugo, Heſperus

Εσπερος, cum aſpiratione

Nuncius, index noctis, apud Senecam

*Virgilius*

Virgilius, Maro, Andinus heros

Andius ſeu Andæus vates à viro quodam patre Virgilii, qui Andes vocabatur juxta Mantuam

Latialis *Homerus*, apud Fauſtum. Homerus Mantuanus. Maro. Minciades, Juv. Illos Minciadæ celebrat dulcedo Maronis

Mincigena quoque dictus, à Mincio fluvio, Mant. Et lata Maronis æquora Mincigenæ, Doctus

Facundus, Fatidicus, altiloquus, grandiſonus, Caſtalius

*Ulyſbona*

Ulyſbona aut ut alii ſcribunt Ulyſſipona & Olyſyppo civitas in Hiſpania, Portugalliæ metropolis, hodie Lisbona vocatur, ab Ulyſſe condita. Strabo Ulyſſeam appellari ſcribit.

*Ulyſſes*

Ulyſſes, Græcè ὀδυσσεὺς filius Laertæ regis Ithaces

Laertiades, & Laertia proles hinc dictus. Laertius heros

Dux Neritius ab inſula Nerito

Dux Dulichius, Ithacus, Ithacenſis, à locis in quibus regnavit

Laborioſus, callidus, providus, deſertus, fallax, ſubdolus, cautus, varius, tardus, Pellitopus

*Urſa major & minor*, vide *Arctos ſub littera A.*

*Vulcanus*

Vulcanus, filius Jovis & Junonis, prius dictus Mulciber, quod ferrum mulceat, Ovid. Mulcíberis capti Márſque Venúſque dolis

Lemnius cogominatus, ab Inſula *Lemno*, in quam cœlo dejectus decidit, ubi officinam dicitur habere & deorum arma fabricare, Jovisque fulmina

Junonigena quoque dictus Junonius, Jovialis, Junonia proles

Rex ignis, flammeus, ardens, ferrugineus, pulverulentus, niger, claudicans, Faber Jovis

Pater *Lemnius*, Virg. Hic pater Æolii propera[t] dum Lemnius oris

**FINIS**

